

Sr. Marques de Seoane
del Olivo núm. 31
Madrid.

*Nota por
varios de medicina*

SPECIMEN

MATERIAE MEDICAE

IN GRATIAM PRAXIM INCHOANTIVM

AVCTORE

D. MAXIMO ANTONIO BLASCO

MEDICO VALENTINO.

VALENTIAE
TYPIS IOSEPHI DE ORGA.
MDCXCIX.
SUPERIORVM PERMISSV.

Medicamenta pauca tibi tenenda sunt, quorum iuvamento saepius expertus confidere possis: totius enim multitudinis notitiae incomprehensibilis est.

DAMASCENVS.

Iniuria mihi fieret, si crederetur, omnia me remedia, quae in serie sequenti nec nominata, nec commendata sunt, eo ipso pro inertibus atque inutilibus declaravisse. Minime gentium. Ego ea indigitavi, quae aut e propria experientia novi, aut quibus e convictione alterius loci singulares vires salutes confido.

SELLE.

PRAEFAMEN.

Syntagmatis huius, benevole Lector, extendit consilium, ut Medici Adolescentes, quibus spatium grandia volumina perlustrandi haud vacat, Medicamentorum utiliora atque usitatiora facili negotio ediscant, et veluti manu ducantur ad ea scite praescribenda. In hunc finem Epitomen istam studio paravi; quae si stylo minus eleganti ac florido, aut extra mentis meae cogitatum undique perfecta haud evaserit, humanitatis amor rectaque intentio memet indulgentia dignum faciunt. Velim tamen, mi Lector, animadvertas, non quia exactius aut perfectius a pluribus edi posset, inde contemnendum specimen hocce. Quoad aliud praestantius ad manum non habeas, uti ipso (michi persuadeo) utile tibi erit, prudensque agendi ratio. Mihi profuit, tibi quoque prodesse exopto.

Ordo huius operis sequens est. Primo brevis ac facilis methodus exacte conficiendi Formulas proponitur, postea indicantur praecipuae eorum formae, praesertim inter nos u-

sitatiores, quibusdam exemplis, ut ad istorum normam alia facile efformari queant, tumque per transenam instituitur sermo de Medicamentis generatim, de eorum actione in oeconomia animali ac praescriptione, atque de alimentis et potentis. Disiunctim agitur deinde de Medicamentis ad certum numerum Classium redactis. In unaquaque Classi ostenditur usus eorum generalis, abusus, ac etiam quum sunt contraindicata. Sequuntur Medicamenta nomine antiquo seu pharmaceutico, recentiori seu systematico atque hispano signata, tum locus et praecipuae qualitates coloris, odoris, saporis cet. Tandem postquam indicantur morbi quibus utilia sunt, omissis controversiarum contentionibus, breviter proponitur modus quo iis utendum est. Ad extremum cuiusque Classis apponuntur praescriptiones nonnullae medicaminum, quae, ubi res et occasio tulerit, proficere valde poterunt ad exsequendam aliquam cum generalem tum particularem indicationem.

Scripsi *Valentiae Edetanorum mense Martio* anni 1799.

PONDERA.

<i>Lib.</i> ..	Libra. . . .	habet	Vncias XII.
<i>℥</i>	Vncia. . . .		Drachmas VIII.
<i>ʒ</i>	Drachma. . . .		Scrupulos III.
<i>ʒ</i>	Scrupulus. . . .		Grana XXIV.
<i>Gr.</i> . . .	Granum. . . .		Pondus grani triticei.
<i>Gutt.</i> . .	Gutta. . . .		Pondus grani.
<i>Cyat.</i> . .	Cyatum. . .		Vncias II.
<i>Cong.</i> . .	Congius. . .		Vncias VIII.
<i>Pint.</i> . .	Pinta. . . .		Vncias XVI.

ABBREVIATIONES.

<i>R. ℞.</i>	significat	Recipe.
<i>a. aa.</i>	Ana, id est,	aequalitas.
<i>ʒ. Sem.</i> . . .	Dimidium.	
<i>pp. pptt.</i> . .	Praeparatus. a. um.	
<i>p. acq.</i> . . .	Partes aequales.	
<i>F.</i>	Fiat.	
<i>S. A.</i>	Secundum Artem.	
<i>Q. S.</i>	Quantum sufficiat.	
<i>Sum.</i>	Sumat-sumatur.	
<i>M. m. me.</i>	Misce.	
<i>D. d.</i>	Detur.	

METHODVS CONFICIENDI

FORMVLAS.

FORMVLA MEDICA (*Receta*) est Remedium ex uno vel pluribus exurgens ingredientibus, certa forma consignatum, indicationi satisfaciens.

Dividuntur Formulae in *Officinales* et *Magistrales*. *Officinales* illae sunt quae in Dispensatoriis paratae prostant, generalibus indicationibus satisfaciendis promptae. *Magistrales* seu *Extemporaneae* eae vocantur quae ex tempore pro morbi exigentia a Medico conficiuntur.

Ingredientia Formulae distinguuntur in *Basim*, *Adiuuans*, *Corrigens*, *Excipiens* et *Menstruum*.

Basis praecipuum Formulae medicamen est, a quo vel omnis, vel potior in aegri salutem effectus expectatur.

Adiuuans stimulus est qui *Basis* vim intendit, ut certior sequatur effectus.

Corrigens ingrediens est, quod qualitatem nimiam vel pravam, atque odorem et saporem ingratum aut inuisum emendat.

Excipiens id est quod omnia recipit, atque requisitam formam aegri palato, voluptati et morbo opportunam reddit.

Menstruum est ingrediens, quod ad solvenda aliqua ingredientia additur.

EXEMPLA.

Pulvis Purgans Rhabarbarinus.

℞. Pulveris Radicis Rhabarbari electi semidrachmam *Basis*.
Pulveris Radicis Jalapae grana X. *Adiuuans*.
Salis tartari scrupulum *Corrigens*.
Sacchari albi drachmam *Excipiens*.
M. et tere omnia simul.

Solutio Purgans Salina.

℞. Salis Cathartici amari unciam . . *Basis*.
Salis polychresti drachmas duas . . *Adiuuans*.
Aq. comm. tepidae uncias quatuor. *Menstruum*.
Fiat solutio. Adde
Syrupi simplicis unciam *Corrigens*.

Solutio Tamarindorum.

℞. Pulpae Tamarindorum unciam . . *Basis*.
Nitri purificati drachmas duas . . . *Adiuuans*.
Seri Lactis tepidi uncias quatuor. *Menstruum*.
Fiat solutio. Adde
Syrupi simplicis unciam *Corrigens*.
Basis. in omni Formula, utpote praecipuum medicamen, necessaria semper est, *Adiuuans* et *Corrigens* inutiles sunt, si neque adiuuanti, neque corrigenti opus est: *Excipiens* demum et *Menstruum* haud requiruntur.

tur, si praescripta medicamenta per se requisitam iam habent formam. Hinc Formulae diversae; aliae enim cum Basi tantum, cum Basi et corrigenti aliae, aliae vero cum Basi et Menstruo cet. V. g.

Pulvis Emeticus.

℞. Pulveris Radicis Ipecacuanhae scrupulum *Basis.*

Pulvis Ipecacuanhae cum Tartaro Emetico.

℞. Pulveris Ipecacuanhae grana XX. *Basis.*
Tartari Emetici granum *Adiuvans.*
M. et tere simul.

Solutio Emetica.

℞. Tartari Emetici grana duo . . . *Basis.*
Aquaе stillatitiae Menthae uncias quatuor. *Menstruum.*
Fiat solutio. Detur.

Ordo servandus in formularum consignatione sequens est. 1.^o Pro unoquoque ingredienti una ducatur linea, et raro plura in eadem collocentur. 2.^o Post Formulae initium quod facit nota ℞. scribatur *Basis*, *Adiuvans* dein, si necessarium est; *Corrigens* et *Excipiens* locum fixum non ser-

vant, tamen semper post ingredientia praecipua loco convenienti adnotantur; *Menstruum* perpetuo infra ea quae solvenda sunt, additur. 3.^o Ingredientia quae in eodem pondere sunt, eaque quae eiusdem sunt naturae, si fieri potest, se ipsis proxime subiungantur: v. g. Aquaе Aquis, Pulveres Pulveribus cet.

Praecipuum in eo ponendum est studium, ut quantum fieri liceat, simpliciores exurgant Formulae. Nec misceantur quae contrariae naturae fuerint. Probata incertis, usitiora minus usitatis, grata ingratis, simpliciora compositis, si par virtus sit, praeferenda. Signa dubia atque obsoleta omitienda; abbreviationes vitandae; et omnia manu intelligibili scribantur. Nomen Medici, annus et dies mensis ad calcem Formulae addi debent.

MEDICAMENTORVM FORMAE.

Formae internae.

I INFUSVM est medicamentum forma fluidum, internum, ex foliis, floribus cet. liquore idoneo maceratione paratum. Si Aqua calida sit, vocatur infusum Theatum.

Form. I. Infusum Emeticum.

℞. Radicis Ipecacuanhae contusae drachmas duas,

10
Aeuae fontanae uncias quattuor.
Sit in infusione per integram noctem.
Cola. Detur.

II. *Infusum Theiforme diaphoreticum.*

℞. Florum Papaveris rubri,
..... Sambuci aa. pugillum,
Aeuae communis calidae uncias sex.
Sint in infusione per horam.
Cola. Detur tepide.

2 DECOCTVM, DECOCTIO seu APOZEMA
medicamentum est internum, liquidum, ex
partibus vegetabilium firmioribus, veluti li-
gna, cortices, radices cet. aqua coctis pa-
rarum. Si facta decoctione alia minus dura
calido adhuc decocto adduntur, dicitur *De-
cocto-infusum*.

III. *Decoctum Roborans.*

℞. Corticis Peruviani unciam,
Radiciſ Gentianae drachmas duas.
Contusae coquantur per horam cum Aeuae
communis unciis decem et octo.
Refrigera: cola. Dentur unciae duae omni
bi-aut trihorio.

IV. *Decocto-infusum Purgans.*

℞. Radiciſ Rhabarbari contusae drach-
mas duas,

Aeuae communis uncias octo.
Coque per horam; adde dein
Foliorum Sennae drachmas duas.
Infundantur per horam dimidiam.
Refrigera: cola. Detur.

3 PTISANA hodie dicitur decoctum gra-
norum cerealium, praecipue hordei, cum vel
sine radicibus.

V. *Ptisana simplex.*

℞. Hordei decorticati vel aqua calida lo-
ti semiunciam,
Aeuae communis libram unam et semis.
Coque per horam. Refrigera: cola.

℞. Hordei decorticati aut aqua calida lo-
ti semiunciam,
Radicum contusarum Glycyrrhyzae
..... Viperinae aa. unciam,
Aeuae communis lib. tres.
Coque per horam. Refrigera: cola.

4 EMVLSVM seu EMVLSIO est medicamen-
tum internum, liquidum, aquoso-oleosum,
coloris et consistentiae lactis, ex seminibus
contusis, adfuso sensim liquido emulgendo
paratum.

VI. *Emulsum Amigdalarum.*

℞. Amigdalarum dulcium decorticatarum
et contusarum num. XII.

Aquae communis uncias sex.
Fiat Emulsum.

Addi Emulso possunt medicamenta pro
circumstantiis variis indicata: v. g.

VII. *Emulsum Opiatum.*

℞. Emulsionis Amigdalorum uncias quatuor,
Laudani liquidi Syd. guttas XV.
Syrupi simplicis unciam. m. Detur.

VIII. *Emulsum Camphoratum.*

℞. Emulsionis Amigdalorum uncias quatuor,
Camphorae rasae grana sex,
Syrupi simplicis unciam. m. Detur.

5 MIXTURA est medicamentum internum, fluidum, sola variorum simplici miscela paratum. Si totum una vice sumitur, dicitur *Haustus*. Si medicamentum evadit coloris et saporis grati ex fluidis tantum compositum, appellatur *Iulapium* seu *Iulepus*. Demum si ex tincturis validis, spiritibus, essentiis compositum est, *Mixtura contracta* seu *concentrata* nominatur.

IX. *Mixtura Refrigerans.*

℞. Nitri puri drachmam,

Syrupi simplicis unciam,
Aquae Florum Sambuci libram. m.
Detur tribus aut quattuor dosibus.

X. *Haustus Anodinus.*

℞. Laudani Liquidi Syd. guttas XV.
Aquae Menthae uncias duas,
Syrupi simplicis unciam. m. Detur.

XI. *Iulapium Cardiacum.*

℞. Liqueoris Anodini mineralis Hoffmani scrupulos duos,
Aquae Melissae uncias quattuor,
Syrupi corticum Citri unciam. m.
Detur duabus vicibus.

XII. *Mixtura concentrata Excitans.*

℞. Spiritus Cornu Cervi,
Laudani Liquidi Syd. aa. guttas XXX.
Spiritus vini camphorati drachmas duas,
Aquae Melissae uncias duas,
Syrupi corticum Citri unciam. m.
Detur cochleatim.

6 ELECTVARIVM est remedium internum melleae consistentiae, ex pulveribus ceteris Syrupis exceptis paratum.

XIII. *Electuarium Antipyreticum.*

℞. Pulveris corticis peruviani drachmas sex,
 Radicis serpentariae virginianae
 draehmas duas,
 Syrupi corticis Peruviani Q. S.
 Fiat Electuarium. Absumatur pro necessitate
 in sex vel octo dosibus.

7 Bolus Electuarium crassum est quod
 totum unica vice sumitur.

XIV. *Bolus Antidysentericus.*

℞. Pulveris Quassiae scrupulum,
 Opii puri granum,
 Conservae Rosarum rubrarum Q. S.
 Fiat Bolus. Detur.

8 PILLVLAE sunt medicamentum internum
 forma durum, figurae orbicularis, ex pulve-
 ribus, extractis cet. Syrupo vel materia ali-
 qua glutinosa exceptis paratum.

XV. *Pillulae Roborantes.*

℞. Extracti corticis Peruviani
 Limaturae Ferri aa. drachmam,
 Pulveris Cinnamomi et
 Syrupi simplicis Q. S.
 Fiant Pillulae pro sex dosibus.

XVI. *Pillulae Purgantes.*

℞. Pulveris radice Rhabarbari drachmam
 dimidiam,

..... Jalapae grana VI.
 Syrupi Rhabarbari Q. S.
 Fiant Pillulae pro dosi.

9 PVLVIS remedium est siccum internum,
 ex una vel pluribus rebus simul vel separa-
 tim contritis proficiscens. Pulvis tenuissimus
 vocatur Alcohol.

XVII. *Pulvis Diureticus.*

℞. Radicis Scillae siccatae grana VIII.
 Sacchari albi drachmas duas. m.
 Pro quattuor dosibus.

10 EGLEGMA LOOCH seu LINCTVS est re-
 medium ex mucilaginoso, oleoso, mellitis
 paratum, quod paulatim deglutitum adver-
 sus faucium et asperae arteriae morbos com-
 muniter praescribitur.

XVIII. *Looch pro Tussi.*

℞. Mellis despumati
 Syrupi Meconii aa. unciam,
 Aquae Foeniculi sesqui unciam. m.
 Detur cochleatim.

Formae mediae.

II GARGARISMA seu GARGARISMVS est medicamentum liquidum gargarizationi inseruiens. Quando ad os colluendum adhibetur vocatur collutorium.

XIX. Gargarisma Humectans.

℞. Decocti Hordei libram,
Oxymellis simplicis uncias duas. *m.*
Fiat Gargarisma.

12 CLYSTER, CLYSMA seu ENEMA est remedium liquidum, quod Syphonis ope ano immittitur ad usus varios. Si Liquor quicumque in reliqua corporis cava secundum vel praeternaturam foras patentia ope Syphonis introducitur, appellatur Iniectio.

XX. Clyster Aluum exonerans.

℞. Salis Cathartici amari drachmas duas,
Aquae communis uncias sex. Fiat solutio.
Iniiciatur tepide.

XXI. Iniectio Adstringens.

℞. Aluminis crudi grana sex,
Aquae Plantaginis uncias quattuor,
Fiat solutio. Iniiciatur.

13 SUPpositorium est remedium solidum

figurae et magnitudinis glandis ano immitendum. Eiusmodi medicamentum, sed oblongius quod in vulvam muliebrem introducit, dicitur Pessus seu Pessarium.

XXII. Suppositorium Aluum exonerans.

℞. Salis muriatici
Saponis Venetii *aa* drachmam,
Cum *S. Q.* Mellis fiat suppositorium.

XXIII. Pessi Adstringentes.

℞. Pulveris radices Bistortae drachmam,
Aluminis crudi grana duodecim,
Mellis *Q. S.* Fiant Pessi.

Formae Externae.

14 COLLYRIUM est medicamentum quod oculis, ad sanandas eorum aegritudines, proxime imponitur.

XXIV. Collyrium Adstringens.

℞. Aluminis crudi grana X.
Aquae Plantaginis uncias decem et octo.
Fiat solutio.

15 EPITHEMA seu FOMENTUM id est quod externe corpori superimponitur, sive sit humidum sive sit siccum.

℞. Axungiae sui non salitae unciam,
Vini optimi libram. Sint per momentum ad
ignem in coculo. Applicetur parti pannis ex-
ceptum.

XXVI. *Epithema resolvens.*

℞. Foliorum Cicutae,
Florum Sambuci *aa. p. aeq.*
Coque cum lacte. Fiat Epithema.

16 LINIMENTVM remedium est, cuius ba-
sis est oleum, ad illiniendas partes inserviens.

XXVII. *Linimentum Excitans.*

℞. Olei communis uncias tres,
Camphorae rasae drachmam. *m.*

XXVIII. *Fortius.*

℞. Olei communis uncias tres,
Spiritus Salis Ammoniaci et
Camphorae rasae *aa.* scrupulum,
Alcali volatilil guttas sedecim. *m.*

MATERIA MEDICA.

Doctrina quae corporum naturalium vires et
usus in corpore humano docet *Materia Me-*
dica audit.

19
DE MEDICAMENTIS GENERATIM.

Corpora illa naturalia, quae corpori in-
terne vel externe applicata statum morbosum
in sanum mutare valent, *Medicamenta* vo-
cantur.

Dividuntur medicamenta in *Alterantia* et
Evacuantia: illa statum solidorum fluido-
rumque immutant, nulla subsequente sensi-
bili evacuatione: haec evacuationes naturales
augent, aliasque promovent.

Medicamentorum vires in corpore huma-
no ex eorum odore et sapore suspicari pos-
sumus. *Aromatica* excitant; *aromatico-ama-*
ra roborant, imminentem putredinem prae-
cavent, atque praesentem tollunt; *virosa* par-
ca dosi incitant, magna sedeant; *austera* et
austero-amara roborant, constringunt et e-
vacuationes cohibent; *acria* resolvunt, uri-
nas et anacatharsim movent; *dulcia* et *fa-*
rinosa nutriunt; *salsa* resolvunt, urinas et
alvum sollicitant; *acida* refrigerant; *aquosa*
et *mucilaginosa* humectant, emolliunt, re-
laxant, debilitant cet.

DE ACTIONE MEDICAMENTORVM
IN OECONOMIA ANIMALI.

Agunt Medicamenta in solidum vivum
animale, hoc est, in systema nervosum et

musculare certa vi, qua, nullo temporis spatio manifesto intercedente, pars primum adfecta et totum corpus simul adficiuntur. Verum sunt nonnulla, quae in certas corporis partes magis quam in reliquum corpus agunt; uti *cantharides* in partibus genitalibus, *scilla* in renibus et pulmone. Quod phaenomenon certe obscurum deduci potest vel a varia partium organizatione, vel a maiori gradu sensibilitatis atque irritabilitatis (*incitabilis*).

DE MEDICAMENTORVM

PRAESCRPTIONE.

Quod ad medicamentorum praescriptionem attinet, scire debent iuniores, medicaminum actionem et effectum sustineri debere convenienti et repetito eorundem usu una cum victus ratione opportuna. Error enim non mediocris est credere, quod formula una aut altera, una aut duabus vicibus sumta sanet morbum: requiritur enim remedii indicati continuatio usque dum morbus integre vincit sit, semper concomitante convenienti victu. Postquam vero symptomata praecipua diminuta vel sublata sunt, dosis ac vis remedium imminui simul debent, augendo sensim dosim victus quoad quantitatem et qualitatem, pari ratione qua imminuuntur medicamenta; sicque progrediendo

donec ad suum consuetum victum redeant aegri.

DE ESCVLENTIS ET POTVLENTIS.

ESCVLENTA.

Pars scientiae naturalis, quae de Alimentis tractat, *Bromatologia* audit.

Illa corpora naturalia quae forma solida ventriculo sumta in chymum convertuntur, *Alimenta* seu *Cibi* appellantur.

Quae facile et cito coquuntur, *Eupepta*; quae non ita, vel difficulter, *Dispepta* dicuntur. Quae multum substantiae nutritivae continent, *Polichyla*; quae vero parum, *Oligochyla* vocantur. Demum quae laudabilem largiuntur chylum, *Euchyma*; quaeque pravis abundant partibus, ideoque vitiosum chylum praestant, *Cacochyma* nominantur.

Depromuntur Alimenta ex vegetabili et animali regnis. Praestant cibum vegetabilem *Cerealia*, *Legumina*, *Fungi*, *Acetaria* et *Fructus*. Utuntur vel crudis aut coctis vel alio modo per artem paratis. Victus hic ingenere parum nutriens est, sanguinem generat aquosum, viscosum, fibras laxas et debiles facit; hinc morbi a debilitate, laxitate, cetera. Convenit robustis phlogisticisque, nocet Laxis et debilibus.

Suppeditant cibum animale *Mammalia*,

Aves, Pisces, Amphibia, Insecta, Verme
 Iis utuntur crudis salitis, vel coctis arte va-
 rio modo praeparatis. Animalis victus plurimoque
 nutrit, copiam sanguinis adauget, roboremque
 fibris inducit. Conducit debilibus, nocet ple-
 thoricis et phlogisticis. Hinc regula: Morbi
 diaeta animali orti diaeta sanantur vegetabilibus.
 Patet ex his necessitas victus ex animalibus
 vegetabilibus mixti, ut sanitas conservari queat.

Alimenta sive sint Vegetabilia sive si-
 Animalia, alia aegrotis, alia sanis conducuntur
 hominibus. Ea quae satis elaborata natura
 liter reperiuntur, aut per artem quodam modo
 parata et mutata sunt, ut facile in an-
 imam abeant naturam aegris, tam ipsis
 morbis quam post eos exantlatos ad vitam

¹ *Communiter dicitur, cibum animale
 ad putredinem disponere humores; sed haec
 opinio non satis firmis fundamentis innititur
 est. Sic ciborum animalium (inquit Frank)
 frequentem usum pro suspecto non amplius
 habebit, qui febrem nervosam (putridam)
 apud plebem ultimam, quae vix externam
 carnem labris gustare consuevit, potissimum
 generari, ac antequam in carnivoros
 proceresque homines propagetur, diutius
 minari animadvertet cet. De Curandis Ho-
 minum Morbis Epitome Praelectionibus A-
 cademicis dicata a IOHANNE PETRO FRANK
 Lib. I. pag. 119, 120. Venetiis 1794.*

tum conservandas, cum recuperandas et fir-
 mandas conceduntur. Sanis vero hominibus
 magis dura, sive spontanea sive praeparata
 aut composita conveniunt, ad vitam et sa-
 nitatem conservandam.

POTULENTA.

Corpora illa naturalia fluida, quae ven-
 triculo sumuntur, *Potulenta* dicuntur.

Distinguuntur Potulenta in *aquosa, spi-
 rituosa et lactea.*

Aqua constituit potulentum aquosum: ea
 semper eligenda, quae pellucida, insipida,
 inodora, levis et frigidiuscula est. Aquae usus
 est ad sitim sedandam, humores diluendos, et
 refrigerandum. Abusus calorem extinguit natu-
 ralem, sanguinem ceterosque humores aquosos
 et inertes reddit, compagem totius systematis
 debilitat. Hinc hydropes et similia mala. Inter-
 dicendus aquosus potus est iis qui morbis labo-
 rant a debilitate, veluti febrilibus lentis, nervo-
 sis seu putridis, diarrhoea, clorosi, hydrope
 ect. Potum spirituosum faciunt *cervisiae, vi-
 na, spiritusque vinosi.* Vide EXCITANTIA.

Lacteus potus ille est, qui ex lactiginosis
 componitur. Convenit talis potus tabidis, pthi-
 sicis, catharrosi, tussiculosis. Nocet summe la-
 xis, plethoricis, saburra biliosa, putrida, et a-
 cida laborantibus. Vide I. PLENKII *Bromato-
 logiam. CARMINATI Hig. Therap. cet. Vol. 1.*

MEDICAMENTA.

CLASSIS I.

ADSTRINGENTIA.

Medicamenta quae fibrarum animalium partes ad se mutuo magna vi accedere faciunt, *Adstringentia*, *Constringentia* seu *Styptica* vocantur: leviora subadstringentia audiunt.

Vsus: In relaxatione solidorum et hinc natis morbis, veluti fluxibus, haemorrhagiis cet.

Abusus: Solida nimis densat, humores cogit, excretiones et secretiones imminuit cet.

Contraindicantur in contrario firmarum partium statu, fluxibus naturalibus, criticis cet.

Sequentia usitiora sunt.

1 *BISTORTA Pharm.* Hispanis *Bistorta*. *POLYGONVM Bistorta LINNAEI. Systema Plantarum Europae Vol. II. pag. 242.* Planta est vulgaris in omni Europa.

Radix potentissimum adstringens est; praescribitur quando valide volumus adstringere. Datur impulvere a scrupulo ad drachmam semis. Oris Collutio ex huius radicis deco-

1 *Editionis Curatae a IOHAN. EMMAN. GILIBERT M. D. Coloniae Allobrogum 1785.*

cto, gingivas roborat et vacillantes dentes firmat *BERGIVS.*

2 *CATECV seu TERRA IAPONICA Pharm.* *Hisp. Tierra del Japon.* Succus est spissus, seu potius extractum ex variis *MIMOSAE* speciebus paratum. Neutiquam ex Iaponia sed ex India adducitur *SPIELMAN.* Adversus diarrhoeas, dysenterias aliaque alvi profluvia efficacissimum remedium est. Datur forma pulveris a scrupulo ad drachmam dimidiam pro dosi, usu continuato iuxta necessitatem.

3 *CYDONIORVM FRUCTVS Pharm.* *Hisp. Membrillo. PYRVS Cydonia LINN. Sp. Pl. Vol. II. pag. 538.* Ex Creta in Italiam advecta planta per omnem Europam colitur, multis etiam in regionibus spontanea occurrit *SPIELMAN.*

Succus expressus et defoecatus, Rob, Gelatina et Syrupus leviter adstringunt. Dosis uncia est.

4 *GUMMI KINO Pharm.* *Hisp. Goma de Kino.* Succus resinosis est, erumpens e trunco arboris crescentis ad fluvium Gambia Africae, coloris obscuri, pulverizatus rubicundi, saporis primo adstringentis et dein dulcis.

In Uteri haemorrhagiis puerperarum et diarrhoea utilis est. Datur a granis XV. ad XXV.

5 *PVNICAE Cortex (Malicorium) Flores (Balaustia) Pharm.* *Hisp. Corteza y Flores de Granada. PVNICA Granatum LINN.*

Sp. Pl. Vol. II. pag. 527. Planta Hispanica, vulgaris. Cortex valide adstringit, verum eviliuit internus usus. Flores adstringunt minus; harum infusum aquosum vel vinosum, ad omne genum fluxus, valet.

6 *TORMENTILLA Pharm. Hisp. Tormentilla. TORMENTILLA aerecta LINN. Sp. Pl. Vol. II. pag. 557.* In omni Europa crescit. Radix in diarrhoea, haemorrhagiis aliisque fluxibus a laxitate ortis auxilium promittit. Decoctum in uvulae relaxatione, dentibus cum crocuatione vacillantibus et varii generis prolapsibus, externa applicatio, locum habet. Datur in pulvere ad scrupulum pro dosi. Extractum aquosum a scrupulo ad drachmam dimidiam.

7 *VVA VRSI Pharm. Hisp. Gayuba, ó Vva Vrsina. ARBVTVS Vva Vrsi LINN. Sp. Pl. Vol. II. pag. 445.* Hispanica: habitat in locis frigidis.

Efficaciam Vvae Vrsi in solvendis et expellendis calculis Medici *Monspelienses* primum, dein LINNAEVS, HAEN, QVER, GERARDI et alii observarunt. Utiliter praescripta fuit (inquit HALLER) in morbis viarum urinaryarum, ardore urinae, et haemorrhoidibus; profuit in retentione urinae a sabulis, atque dolentissimam dissipavit strangu-

I A. MURRAY *Apparatus Medicamentorum* oer. Vol. II. pag. 68. Venetiis 1795.

riam. BERETVS bonos vidit effectus in variis urinae viarum vitiiis; idem observavit Clar. noster FABREGAT. Pulvis foliorum praescribitur ad scrupulum bis per diem, superbibendo haustum aquae frigidae.

8 *ALVMEN Pharm. Hisp. Alumbre. SULPHAS aluminosus Recentissimorum.* Substantia est salina, nativa in Regno Aragonis, in massas concreta, saporis insigniter adstringentis.

Fortissimum medicamentum adstringens est, ideo caute praescribendum ut monet Cl. SOLDEVILLA. Datur in aqua aut sero lactis solutum a grano uno, ad tria aut quatuor. Mixtura ex quatuor partibus Aluminis et una sanguinis draconis specificum HELVETII est, in alvi fluxibus, a resolutione intestinorum, valde utile. Si Gummi Kino iungitur Alumen, excellens remedium adstringens obtinebimus docente CVLLEN. Externe forma gargarismatis vel collutorii ad oris partes relaxatas, Collyrii ad oculorum morbos a laxitate ortos, efficax est.

I *Materie Medicale, tirée de HALLER Historia Stirpium indigenarum Helvetiae* par MR. P. R. VICAT Tom. I. pag. 345. Berne 1776.

2 HERM. BOERHAAVE *Institutiones Medicarum*, P. II. Editionis I. B. SOLDEVILLA pag. 351. Matriti 1797.

9 **VITRIOLVM Pharm. Hisp. Vitriolo.** Sal est ex proprio acido et quodam metallo compositus, sapore acri et adstringente praeditus. Pro vario quo vehit metallo eius color varius est, viridis dum ferrum (SULPHAS ferri), caeruleus si cuprum (SULPHAS cupri), albus si zincum (SULPHAS zinci). Tres haec vitrioli species ad usus Medicos recipiuntur. Sulphas ferri omnibus anteponeendus est; praescribi potest interne aqua solutus a grano uno ad quatuor, ad compescendas haemorrhagias profusas sanguinis reliquorumque humorum. Vitriolo caeruleo, cum cuprum habeat raro interne, frequenter ad ophthalmias a laxitate ortas utuntur, eius scrupulum ad aquae libram recipere solent. Sulphas zinci a grano dimidio ad unum vel duo in tussi convulsiva, aliisque adfectionibus spasmodicis profuit. Drachma sulphatis huius solutum cum aquae libra, forma collyrii in fluxionibus oculorum, scopo adstringente et roborante profuit etiam; iniectionis in fluore albo cet. ⁴.

Formulae.

I *La Nueva Farmacopea del Real Colegio de Médicos de Londres y su Analisis por el DR. ROBERTO WHITE, Traducción del Ingles por D. CASIMIRO GOMEZ ORTEGA, Analisis pag. 87. Madrid 1797.*

XXIX. Decoctum Adstringens.

℞. Radicis Bistortae contusae unciam semis,
Aquae communis uncias XV.
Coque per dimidiam horam. Adde dein:
Florum Granatorum drachmas tres.
Refrigera. Cola. Detur uncia omni hora.

XXX. Pulvis Stypticus.

℞. Aluminis crudi grana IX.
Sacchari albi drachmas duas. m.
Divide in tres p. aeq.

XXXI. Aqua Aluminosa.

℞. Aluminis crudi grana XII.
Aquae communis libram. Fiat solutio.
Dosis uncia omni bi- aut trihorio.

CLASSIS II.

ROBORANTIA.

Medicamenta quae toti systemati musculari et nervoso durabilem imprimunt roboram, *Roborantia* seu *Tonica* appellantur. *Vsuis*: In omnibus morbis a debilitate atque putrescenti humorum diatesi ortis: hinc in febribus lentis nervosis, putridisque, inflammationibus nervosis

seu putridis; morborum reconval-
scentia cet.

Abusus diathesim inducit phlogisticam, et
morbos gignit inflammatorios.

Contraindicantur in morbis phlogisticis.

Efficaciora sunt:

10. ABSYNTIVM *vulgare Pharm. Hisp.*
Ajenco vulgar. ARTEMISIA Absyntium LINN.
Sp. Pl. Vol. iv. pag. 359. Planta vulgaris
habitat in nostris agris. Tota planta odorem
peculiarem ingratum spirat, saporem exhibet
amarum.

Excellent stomachica est haec planta, te-
num laxis ventriculi fibris restituit, utilis est
in cruditate acida, eiusque usus continuatur
podagrae adventum retardat quod A. HALLER
in se ipso expertus est. Laudatur etiam
in hysteria, hypochondriasi, febribus
intermittentibus, lentis, putridis, calculi
vermibus cet. Infusum aquosum ex summitatibus
paratum praestans est. *Sal Absyntii*
ex cineribus totius herbae combustae aqua
infusis, evaporatione et depuratione educitur
egregium est medicamentum diureticum,
hydrope convenientissimum; acidum primi-
arum viarum destruit, atque intermittentes
recidivantes quandoque praecaver. Datur
granis X. ad XX. sacchari pauxillo repleto.

I. HALLERI *Materie Medicale, Vol.*
pag. 40.

Salis huius drachma, cum succi citri
recentis semiuncia *Mixturam salinam* seu
Antiemeticum RIVERII efformat, ad sedan-
dos vomitus, tempore effervescentiae sum-
tum, optimum medicamentum. Extractum
Absynthii aquosum praescribitur a granis X.
ad scrupulum. Essentia Absynthii simplex ad
drachmam; composita ad scrupulos duos.
Aqua stillatitia ad uncias tres.

11. ANGVSTVRAE *Cortex Pharm. Hisp.*
Corteza de Angustura. BRUCEA Antidysen-
terica BANKS. Cortex hic anno 1778. co-
gnitus, ex Angustura Americae Australis Hi-
spani in Insulam Trinitatis transvexerunt. Ad-
fertur in frustis convexis variae magnitudi-
nis; sapor amaro-aromaticus et calidus est,
odor ingratus.

Vis ut cortex peruvianus in roborando
posita est, nonnulli ipso cortici peruviano
efficaciorum esse contendunt. Praecipuus usus
est in dysenteria. Valet etiam in febribus
intermittentibus, putridis, nervosis, diar-
rhoea, scrophulis cet. Datur in pulvere a
granis XV. ad XXV. more corticis peru-
viani. Extractum Angusturae *Pharm. Rei-*
pub. Brem. a scrupulo ad semidrachmam.

12. ARNICA *Pharm. Hisp. Arnica ó A-*
lisma. ARNICA Montana LINN. Sp. Pl.

Editionis auctae et emendatae a THO-
MA VOLPI Venetiis 1797.

Vol. IV. pag. 391. Planta crescens in locis Europae frigidioribus. Saporem amarum habent folia, cum acrimonia, trita odorem spargunt aromaticum.

Radix laudatur in dysenteria et febribus putridis. Flores in paralysi, amaurosi, febribus putridis, haemoptoe et uteri haemorrhagia¹. Radix in pulverem contrita praescribitur a granis X. ad XXV. Flores scrupulo ad semidrachmam.

13 AVRANTIUM *Hispalense Pharm.* Hisp. *Narajo de Sevilla.* CITRVS *Aurantium LINN.* *Sp. Pl. Vol. IV. pag. 273.* Planta vulgaris. Cortex seu flavedo commendatur in febribus intermittibus, ventriculi debilitate, morbis nervorum cet. in infusione vinosa. Flos summas promeruerunt laudes in epilepsia praesertim, hysteria, hypochondriasi, ceteraque nervorum morbis. Aqua Naphae seu florum Aurantium Iulapiis cardiacis adhibetur.

14 CALAMVS *Aromaticus Pharm.* Hisp. *Calamo verdadero.* ACORVS *Calamus LINN.* *Sp. Pl. pag. 383. Vol. II.* Planta Europaeae. Radix praestans stomachicum est. Valet praecipue ad mala, ex ventriculi debilitate

1 E. I. COLLIN *Observationes circa Morbos acutos et chronicos, P. IV. Amstelhaedami 1779.* MAXIMILIANI STOLL *Ratio Medendi, P. I. II. III. Lugd. Batav. 1786.*

ta, removenda¹. Forma pulveris datur ad scrupulum, sacchari tantillo mixta.

15 CANELLA *alba Pharm.* Hisp. *Canela blanca.* WINTERANA *Canella BROWNE.* Americana. Cortex hic fragilis et convolutus est, odoris fragrantis, saporis amariusculi aromatici et calidi. Praescribitur in pulvere a granis XII. ad XX. ubi incitandum, calefaciendum et roborandum est.

16 CASCARILLA *Pharm.* Hisp. *Cascarilla.* CROTON *Cascarilla.* LINN. Cortex convolutus, ponderosus fragilis est, coloris externi albescentis, interni bruni, saporis aromatico-amari et calidi, odoris leviter aromatici. Venit ex Peru.

In febribus nervosis putridisque egregie conducit; in febribus intermittibus quando aegri corticem peruvianum non fuerunt, utilis est. Sunt qui cascarillam cortici peruviano praeserunt in febribus, quoniam excretiones minus turbat cascarilla, atque in sudorem simul agit². In profluviiis alvinis coercendis etiam merito celebratur³. Exhi-

1 BASSIANI CARMINATI *HIGIEINE, Therapeuticae et Materia Medica, Vol. II. pag. 375. Papiae 1795.*

2 C. T. SELLE *Medicina Clinica, Vol. II. pag. 188. Ticini 1794.*

3 MURRAY *Apparat. Med. Vol. II. pag. 229.*

34
betur in pulvere a semiscrupulo ad unum.
Extractum aquosum *Pharm. R. Brem.* a
scrupulo ad drachmam dimidiam.

17 CENTAVREVM minus *Pharm. Hisp.*
Centaurea minor. GENTIANA Centaureum.
LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 266.* Habitat in
Europae locis apricis, praesertim maritimis.
Tota planta saporem habet amarissimum.

Summitates et folia in infuso vinoso, aut
in decocto aquoso prosunt in febribus in-
termittentibus, diarrhoea, dysenteria, lien-
teria aliisque primarum viarum vitiis a de-
bilitate oriundis.

18 CHAMEDRYS *Pharm. Hisp. Camedrio.*
TEUCRIUM Chamedrys LINN. *Sp. Pl. Vol. IV.*
pag. 12. Habitat in nostris terris. Haec plan-
ta odorem spargit aromaticum gratum, sa-
porem amariusculum exhibet.

Adversus febres intermittentes Agricola
nostri utuntur cum successu. Valet et in
scröphulis, podagra, mensium suppressione
cet. Datur vel in infuso vel in decocto.

19 CHAMAEMELON *Pharm. Hisp. Man-*
zanilla loca. MATRICARIA Chamomila. LINN.
Sp. Pl. Vol. IV. pag. 403. Habitat in agris
cultis. Haec planta, speciatim flores, sapor-
em exhibent amariusculum, et odorem spi-
rant fragrantem.

Summitates et flores vel in infuso vel in
decocto sive vinoso sive aquoso laudantur
in febribus intermittentibus, dysenteria, et

35
scerum abstractionibus cet. Spasmi et dolo-
res post partum saepe mitigantur.

20 COLYMBO seu COLOMBO *Pharm. Hisp.*
Columbo. Stirps in continente Asiae parte cre-
scit, et inde in urbem Columbo Insulae Zey-
loniae transplantata est, unde per totam In-
diam dispergitur MURRAY. Radix Columbo
in frusta transfertur, extrinsecus vestita cor-
tice rugoso, crasso, ex viridi bruno, intrin-
secus coloris est palido-flavi, saporem habet
amarum, et odorem leviter aromaticum.

Summas promeruit laudes ad roborandum,
et putridam humorum diathesim emendan-
dam. Bonos saepe praestitit effectus in alvi
pro fluviis, febribus putridis seu nervosis cet.
Datur incipiendo a granis X. ascendendo
sensim ad scrupulum et ultra. Commode et-
iam praescribitur in decocto: semiuncia hu-
ius radices contusae, cum aquae unciis no-
vem cocta, ad remanentiam unciarum sex,
sumi potest per diem.

21 FVMARIA *Pharm. Hisp. Fumaria.*
FVMARIA officinalis LINN. *Sp. Pl. Vol. IV.*
pag. 187. Planta vulgaris.

In efflorescentiis cutis apyreticis, forma
decocti vel infusi, laudatur.

22 GENTIANA rubra *Pharm. Hisp. Gen-*
tiana. GENTIANA lutea LINN. *Sp. Pl. Vol. II.*
pag. 262. Crescit abundanter in Hispaniae
montibus. Radix insigniter amara est, et o-
dorem spirat ingratum. Omnium consensu

haec radix utilis est in debilitate ventriculi et intestinorum, atque in acido primarum viarum; intermittentes febres quandoque sanat, obstructions lentas et scrophulosas mire reserat, ac vermes necat. In pulverem comminuta radix datur a granis XV. ad XXX. Extractum Aquosum *Pharm. R. Brem.* in pillulas redactum, vel aqua quavis aromatica dilutum, a scrupulo ad drachmam dimidiam praescribi potest.

23 *MARUM verum Pharm. Hisp. Maro. TEVERIVM Marum LINN. Sp. Pl. Vol. iv. pag. 9.* Habitat in oris maritimis Regni Valentini.

Huius plantae odor ad camphoraceum accedit, sapor acris est, calidus amarus.

In morbis nervorum efficax est Marum. Optimos nonnumquam praestat effectus in cachexia, hydropse, menstruorum suppressione cet. Exhibetur in pulvere ad grana XV vel XX. pro dosi. Infusum aquosum vel vinosum plurimum valet.

24 *MELISSA Pharm. Hisp. Torongil ó Melissa. MELISSA officinalis LINN. Sp. Pl. Vol. iv. pag. 47.* Odorem citri spirat haec planta, et saporem habet gratum. Vulgaris apud non est.

1 *Amicus integerrimus* PETRVS BERNAT Medicus de Moncada primum litteris, dein ore mihi communicavit tres felicissimas hydropicorum curationes, Mari veri usu.

Infusum huius herbae aquosum seu vinosum laudatur in melancholia, hypochondriasi, cordis palpitatione, memoriae haebitudine cet. Aqua stillatitia pro Iulapiis cardiacis inseruit. Spirituosa summe excitans est. Dosis ad scrupulum.

25 *MENTHA Pharm. Hisp. Yerba buena. MENTA Crispa LINN. Sp. Pl. Vol. iv. pag. 25.* Crescit in nostris hortis.

Haec herba utilis est in morbis primarum viarum eronicis, hysteria, hypochondriasi, doloribus post partum cet. Aqua stillatitia simplex, praesertim spirituosa vomitus compescit; forma cataplasmatum abdomini imposita dolores post partum dissipat.

26 *PERUVIANVS Cortex Pharm. Hisp. Quina, Quinquina, ó Kina-Kina, Kina Kina, Corteza peruviana, Loxa, Cascarilla, Quarango cet. 2. CINCHONA officinalis LINN.* Crescit in Peru.

Contra febres intermittentes hodie ab omnibus fere praescribitur, eoque magis quo magis ad malignarum, ut dicunt, naturam accedunt, necnon in remittentibus, putri-

1 *HALLER Materie Medicale, Vol. i. pag. 76.*

2 *Véase la Quinología ó Tratado del Arbol de la Quina, su descripcion, y la de otras especies de Quinos &c. por D. HIPÓLITO RVIZ &c. Madrid 1792.*

dis, seu nervosis et lentis. Valet in omni spasmorum genere; uno verbo in omnibus morbis a debilitate et putrescenti humorum statu ortis. BERGIVS duos sanavit empyematicos. VAN-SWIETEN virginem nobilis prosapiae febre lenta ematiatam, cum sputis purulentis, pristinae sanitati restituit. HAEN Rachyticam cortice sanavit; NOOTH in hoc morbo omnibus anteponit Medicamentis. STOLL cinchonam in tussi convulsiva a laxitate orta, laudat. In Phthysi catharrali SELLE et MACBRIDE. In haemoptoica MACBRIDE. In illa quae vomica sequitur QVARIN. In ipsa ulcerosa PRINGLE, HAEN, SWIETEN, TISSOT et alii: hac tamen cautione ne detur praesente inflammatione insigniori, quia maximo iure cortex ab omnibus fere atro carbone notatur. Varia forma et dosi pro circumstantiarum ratione praescribitur: pulvis, si aegris haud nauseosus est, nec ventriculo molestus, reliquis praeparatis, anteponendus est. Dosis ad drachmam. In graviore casu duotresve tuto ingeri possunt. Extractum aquosum (*gummosum*) spirituosum (*resinosum*) a scrupulo ad dimidiam drachmam. Infusum aquosum debile est, levioribus casibus opportunum; vinosum magis efficax. Decoctum pro irritabilibus facileve vomentibus optimum. Syrupus infantibus est commodus.

27 QUASSIAE lignum Pharm. Hisp. *Leti de Quasia*. Prostat hoc lignum in frustis va-

riae magnitudinis, cortice ex griseo albo tectum, saporis amarissimi, nullius odoris. Eximias vires roborantes habet hoc lignum; adhibitum fuit cum praestantia in febribus putridis, hydrope, podagra retropulsa, diarrhoea colliquativa, sudoribus nocturnis haeticorum cet. Antielminticum simul est, notante TISSOT. Datur sub infusi aquosi forma, vel in decocto. Drachma huius ligni incisi et contusi, in aquae semilibra coquitur ad tertiae partis consumptionem, pro duabus dosibus. In pulvere grana XV. pro vice sumuntur.

28 SALVIA Pharm. Hisp. *Salvia*. SALVIA officinalis LINN. *Sp. Pl. Vol. 1. pag. 28*. Crescit in nostris montibus sponte. In hortis etiam colitur. Folia odorem habent fragrantem, saporem amariuscolum, calidum, pungentem.

In anorexia aliisque primarum viarum vitiiis chronicis plurimum valet. Decoctum Salviae saturatum in sudoribus colliquativis utile semper vidit PIDERIT¹. Van-SWIETEN phthisicum solo Salviae infuso sanavit, referente STOLL.

29 SCORDIVM Pharm. Hisp. *Escordio officinal*. TEUCRIVM *Scordium* LINN. *Sp. Pl. Vol. 4. pag. 12*. Crescit in locis paludosis Europae.

¹ *Pharmacia Rationalis edita a IACOBO PIDERIT, pag. 40. Casellis 1782.*

Forma infusi datur quando debilitas et putredo in morbis, Medici opem postulant.

30 SERPENTARIA *Virginiana* Pharm. Hispan. *Serpentaria Virginiana*. ARISTOLOCHIA *Serpentaria* LINN. *Sp. Pl. Vol. iv. pag. 476.* Crescit in Virginia. Radix fibrosa est, externe coloris fuscii, interne albi, saporis fortis, amari, calidi, pungentis, odoris aromatici. Insignem huius radicis vim in febribus putridis contagiosis, observationes quamplurime docent. Ante paroxysmi ingressum vino data, intermittentes febres fugat, teste SYDENHAM. Plura vide apud MURRAY *Ap. Med.* Praescribitur in pulvere a granis XV. ad XXV. vel ultra.

31 SIMARRUBA Pharm. Hisp. *Simarrouba*. QUASSIA *Simarrouba* LINN. *Sup. Plant.* Cortex extrinsecus coloris est obscuri, intrinsecus magis albi, saporis valde amari, odoris vero nullius. Praecipuus huius corticis usus est in dysenteria, et ob praestantissimos in hoc morbo effectus, *specificum antidyentericum* nominatur. In alvi fluxibus chronicis, lienteria, uteri haemorrhagia, digestionis vitiis, nervorum morbis, calculo, artritide cet. utilis inventus est. Forma pulveris exhibetur a granis XV. ad XXV. In decocto pro drachmis tribus, aquae uncias novem requiruntur, ad tertiae partis evaporationem; sumitur partitis vicibus in die.

32 TRIFOLIUM *Paludosum seu fibrinum*

Pharm. Hisp. *Trifolio fibrino*. MENYANTHES *trifoliata* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 199.* Hispanica. Vulgaris. Sapor huius herbae amarus est et foetidus, odor similis.

Adversus scorbutum, et iis qui cutim petunt morbis apyreticis optima est. Valet etiam ad reserandas lentas viscerum obstructiones. Datur forma infusi theiformis. Extractum aquosum a scrupulo ad dimidiam drachmam.

33 VALERIANA *minor* Pharm. Hisp. *Valeriana officinalis*. VALERIANA *officinalis* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 38.* Hispanica. Radix coloris fuscii est, odoris penetrantis, subnauseosi, saporis ingrati, amari et acris.

FABIVS COLVMA, SAVVAGES, HALLER, STOREK, SCOPVLI et alii hanc radicem laudant plurimum in epilepsia. TISSOT plures felices curationes se huic unice radici debere fatetur, adfirmans quoque, ubi illa non iuget, malum esse incurabile. In febribus remittentibus et intermittentibus, et visus hebetudine laudatur. Forma pulveris praescribitur singulis diebus ad semidrachmam. Extractum aquosum *Ph. R. Brem.* a scrupulo ad semidrachmam.

Fosilia.

34 MARS seu FERRVM Pharm. Hisp. *Hierro*. Metallum est ponderosum, prae reliquis difficillime fundendum et maiori elasticitate instructum. Vix aliquis occurrit ter-

rae angulus, ubi non variae fodinae ferri occurrunt SPIELMAN.

Ab antiquissimis temporibus roborandi causa aegris fuit adhibitum. Salutares saepe praestat effectus in morbis a laxitate seu debilitate solidorum veluti cachexia, menstruorum suppressione cet. Phthisicum ferro sanatum refert WEIKARD. Datur forma pulveris, seu limatura ad grana XX. vel XXX. pro dosi. Ferri praeparata efficaciora simul et usitatiora sunt: *Aetiops Martialis. Pulvis cachecticus* LVDOVICI. *Crocus Martis adstringens, aperiens. Extractum Martis pomatum, simplex. Pilulae Martiales* SYDENH. *Tinctura Martis adstringens, Cydoneata, Helleborata. Vinum Chalybeatum.*

35 ZINCVM Pharm. Semimetallum est immaleabile, coloris fere coerulei, ab omnibus acidis solubile, minime vero ab alcaliis. Sua forma numquam ut medicamentum recipitur. Calcinatum (*oxydum zinci sublimatum*) a granis duobus ad sex, bis per diem datum epilepsiam sanare dicitur GAVBIO teste. Singultum cronicum reliquis antispasticis frustra antea administratis, florum zinci usu sanavit IOSEPH. FTANK.

Formulac.

I *Prospetto di un sistema piu semplice di Medicina cet. del Dott. Weikard. Note del Traduttore, Vol. II. pag. 3.*

XXXII. *Infusum Roborans.*

℞. Herbae Centaureae minoris, Trifolii fibrini aa. manipulum.
Infunde per horae spatium in Aquae communis bullientis libra. Cola. Refrigerata.
Dosis unciae duae omni bihorio.

XXXIII. *Decoctum Roborans.*

℞. Corticis peruviani, Radicis Gentianae contusarum aa. unciam dimidiam,
Aquae communis sesquilibram.
Coque ad consumptionem tertiae partis. Refrigerata. Cola. Detur unciatim.

XXXIV. *Mixtura Roborans.*

℞. Extracti Corticis peruviani, Martis aa. drachmam,
Aquae Menthae unciās tres,
Syrupi simplicis unciam. m.
Detur cochleatim.

XXXV. *Pulvis Antipasticus.*

℞. Radicis Valerianae semidrachmam, Opii puri granum,
Sacchari albi scrupulum. Tere simul, fiat pulvis.
Detur mane per plures dies.

CLASSIS III.

EXCITANTIA.

Remedia quae languentes et depressas totius systematis vires extempore erigunt, roboremque simul fibris muscularibus inducunt, *Excitantia* vocantur.

Placuit Auctoribus *Excitantia* pro variis, quae ex eorum actione fluunt, effectibus, variis nominibus appellare veluti *Inci-tantia*, *Stimulantia diffusibilia*, *Cardiaca*, *Nervina*, *Cephalica*, *Stomachica*, *Carminativa*, *Vterina*, *Aphrodisiaca* cet.

Vsus: In generali virium languore et innatis morbis; tum etiam quando sensus motusque torpent, languunt vel segnescunt.

Abusus omnia mala, quae a nimio stimulo pendunt, producit.

Nocent in morbis sthenicis seu phlogisticis.

Praecipua sunt:

36 *ASSA foetida* Pharm. Hisp. *Asa fetida*. FERULA *Assa foetida* LINN. Crescit in Persia. Gummi-resina est pinguis, coloris fuscus, flavescens, rubri vel coerulei, saporis amari, subacris, odoris, si recens, penetrantissimi.

In morbis nervorum, spasticis convulsivisque adfectibus magnum remedium est. Da-

tur a granis V. ad X. Tinctura spiriturosa ad scrupulum.

37 *CAMPHORA* Pharm. Hisp. *Alcanfor*. LAVRVS *Camphora* LINN. Arbor vulgaris in Iaponiae silvis copiosissime sine cultu crescens. Sub nomine Camphorae intelligimus substantiam albam, subdiaphanam, solidam, fragilem, subunctuosam et inflammabilem, odoris fragrantis, peculiaris, fortis, saporis penetrantis, calidi et amari.

Maximum medicamentum camphora est; in febribus nervosis seu putridis, in convulsionibus febrilibus et multis aliis morbis viros saepe praestat effectus. In melancholia saepe ut specificum agit, dosim successive augendo SELLE. In mania vel sola, vel cum opio, profuit. Mitigat dolores spasticos, languentes vires erigit, vermes necat, languidam exanthematum eruptionem promovet cet. Sunt Medici qui camphorae vim refrigerantem tribuunt, sed haud dubie falluntur. Dosis Camphorae est a granis duobus ad quatuor saccharo trita, vel mucilagine gummi arabici subacta, aut emulsionibus unita. Extrinsicus linimenti forma applicata tumores duros, lentos discutit egregie, ad pubem apposita, retentam solvit urinam; atque membris paralyticis illinita, quandoque et motum et sensum restituit.

38 *CERVISTA* liquor est ex cereali decocto fermentatus, amaro lupuli impregna-

tus. Est *alba* et *bruna* : *meraca* (*mumia brunsvicensis*) *mediae consistentiae* et *tenuis*. Vis stimulans , calefaciens. Usus : debilibus , ematiatis et languidis hominibus. Dosis uncia est.

Opium. Vide num. 52. et 71.

39 SPIRITVS *vinosi* distillatione vini parati , pro varia eorum puritate , magis minusque excitant et calefaciunt , sed magis quam vinum. Huc referri possunt praeparationes nonnullae pharmaceuticae cum spiritu vini et plantibus aromaticis factae , veluti *spiritus* lavendulae , roris marini , menthae , pulegii , cinnamomi cet. horum dosis est ad scrupulum. *Essentiae* quoque cinnamomi , caryophilorum , corticum aurantium , corticis peruviani , cascarillae , gentianae cet. Dosis ad scrupulum. Spiritus item Cornu Cervi. Dosis a guttis X. ad XV.

40 VINVM , liquor est fermentatus , saporis grati , odoris penetrantis et reficientis. Eductus ex uvis expressis VITIS *Viniferae* LINN. Ratione *aetatis* alia sunt recentia rancida alia : *Coloris* alba vel nigra : *Spirituositatis* debilia vel generosa : *Regionis* Hispanica , Gallica , Italica , Germanica cet. Distinguuntur vina in *acidulo-dulcia* , *acidula* , *acida* , *subdulcia* , *dulcia* et *austera*. *Acidulo-dulcia* excitant et diaphoresim movent. *Acidula* minus excitant , et anticeptica sunt. *Acida* nocent. *Subdulcia* et *dul-*

cia gratissima et salutifera sunt. *Austera* constringunt et roborant ; laxis , debilitatis , atonia ventriculi et intestinorum laborantibus , valde proficua.

41 CALOR , (*caloricum liberum Recent.*) substantia valde penetrans est per totam naturam diffusa , vitae animali et vegetabili necessaria. Vis excitans est et roborans. Mediocris caloris gradus moderate totam excitat oeconomiam animalem et magnopere conducit in morbis quorum causa debilitas est . Calor iusto maior diathesim inducit phlogisticam. Idem supra modum in corpus agens debilitat , laxitatem infert tonumque immittit. Idem de luce dicendum.

42 ELECTRICITAS. Ignis electricus substantia omnino invisibilis et penetrabilissima est , atque levissima praeter caloricum. Ignis electricus corpore humano ope *Machinae electricae dietae* applicatus sive per scintillas , sive per ictus solidas partes repente excitat , easdemque ad crebriores fortioresque contra-

1 *Sincerus amicus Iohannes Llopius Medicus primarius Villae de Cullera consilium praebuit Hydropico perstaret quotidie supra furni fornitem , quo calor satis vivus est. Brevi post aeger lotium copiose mittere coepit , et disparuit integre morbus ; et sanus , ad agri consuetos mercenarii labores , laete reddit.*

ctiones compellit, calor intenditur, sanguinis circulus inde augetur, secretiones facilius citiusque perficiuntur, omnia demum organa sensibilia atque irritabilia redduntur. Hoc auxilium recte iuxta Clinicorum praecepta adhibitum in non paucis morborum generibus saepenumero profuit. Valer praecipue in paralyti, amaurosi, torpore, ischiade, rheumatologia, menstruorum retentione, et glandularum indurationibus. Monendum est, aegri numquam tam fortes ictus accipiantur ut inde molestas patiantur sensationes, quoniam non pauca mala facile inde oriri possunt. De hoc praesidii genere praestabit Clinicos consulere plenissimam doctrinam paucis abhinc annis traditam a TRATSCOWIKIO et KRAYENHÖFFIO *Application de l'Electricité a la Physique et a la Médecine.*

43 OXYGENVM seu *gas oxygenium* alias aëthrophlogisticatus, aër igneus et aër purus vocatus, substantia est tertiam aëris atmosphaerici partem constituens, inodora, elastica et gravis. Principium acidi est *gas oxygenium*, partem aëris respirabilem efformat, verosimiliter sanguis ab hoc rubicundum colorem accipit, hinc vitae animali necessarium. Oxygeni effectus omnes quotquot sunt in oeconomia animalis, pendent a vi qua possidet excitante. Laudatur ut Medicamentum praecipue in Lue venerea. Conf. num. 74.

44 MOSCHVS *Pharm.* Hisp. *Mosco ó Al-mizcle.* Substantia est pinguis et unctiosa, odoris fortis diuque inhaerentis, saporis subacris, secreta in vesicula latente sub umbilico MOSCHI *Moschiferi* LINN. Occurrit in Tartaria, Sibiria et China. In spasmodicis et convulsivis adfectibus, ceterisque nervorum morbis praestans est. Datur in pulvere, cum sacchari tantillo remixta, a grano uno ad tria, vel ultra.

45 CASTOREVM *Pharm.* Hisp. *Castor.* Substantia est pinguedinosa, odoris peculiaris et saporis amari; secreta in folliculis prope anum sitis CASTORIS *Fiber* LINN. Vis et usus uti praecedens. Dosis a granis III. ad VI. Tinctura spirituosa ad scrupulum.

Ex Fosilibus.

46 SUCCINVM *Pharm.* Hisp. *Succino.* Substantia est quae nobis adducitur ex Borussia, in glebis variae magnitudinis, pellucidis, fragilibus, odoris fragrantis saporisque acris. Vis et usus cum praecedente convenit. Dosis eadem.

Formulae.

XXXVI. *Iulapium Excitans.*

℞. Essentiae Cinnamomi semiunciam,
Aquae florum Aurantiorum uncias quatuor,
Syrupi corticum Citri unciam. *m.*
Detur cochleatim.

XXXVII. *Mixtura Foetida*¹.

℞. Assae foetidae drachmam,
Vini albi unciam dimidiam,
Aquae fontanae uncias duas,
Syrupi simplicis unciam. *m.*
Detur cochleatim.

XXXVIII. *Mixtura Moschato-opiata.*

℞. Moschi optimi scrupulum,
Opii purificati grana quatuor,
Aquae Menthae uncias quatuor,
Syrupi simplicis unciam. *m.*
Detur cochleatim.

XXXIX. *Haustus Cardiacus.*

℞. Liquoris Anodiæ mineralis Hoffmanni
scrupulum,

¹ *Pharmacopœa Pauperum instituti Clini-
nici Hamburgensis, pag. 28. Hamburgi 1785.*

51
Aquae florum Aurantiorum uncias duas,
Syrupi simplicis unciam. *m.* Detur.

XL. *Pulvis Moschatus* QVARINI.

℞. Moschi optimi grana tria,
Sacchari albi scrupulum. *m.* Detur.

CLASSIS IV.

SOPIENTIA.

Remedia quae irritabilitati et sensibilitati
nimia maximopere medentur, dolores miti-
gant, somnum inducunt atque spasmos sol-
vunt, vocantur *Sopientia*, *Anodina*, *Hi-
pnotica*, *Narcotica* et *Antispasmodica*.

Vsus: Quando vigiliae nimiae, dolores, con-
vulsiones atque spasmi magni urgent
cet.

Abusus sensus obtundit et phantasiae mor-
bos gignit; sensibilitatem nerveam,
et irritabilitatem muscularem totius
systematis, enervat et mala inde na-
ta producit.

Nocent in morbis phlogisticis, turgescencia
vasorum encephali cet.

Praecipua sunt:

47 ACONITVM seu NAPELLVS *Pharm.*
Hisp. Napelo, 6 *Matalobos de flor azul.*
ACONITVM *Napellus* LINN. *Sp. Pl. Vol. II.*

pag. 585. Hispanica, Gallica cet. Haec planta odorem fatuum et nauseosum spirat, saporem herbaceum et acrem exhibet.

Venenosam huius plantae vim innumera docent exempla. STORCK sucum igne inspissatum, quod extractum vocat, cum successu non infelici exhibuit in febris intermittentibus, rheumatologia, ischiade, artritide, anchilosi, glandularum indurationibus, scabie, et amaurosi. COLLIN etiam in artritide et ischiade. BERGIVS quoque in rheumatologia, febribus intermittentibus, et uteri haemorrhagia cronica. IOSEPH. FRANK et de FELICE in phtysi. Datur extractum incipiendo a grano uno vel duo sensim augendo ad XX. et ultra.

48 BELLADONA Pharm. Hisp. *Belladonna vulgar.* ATRŌPA *Belladonna* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 131.* Habitat in Hispaniae, Italiae cet. montibus. Haec herba odoris et saporis expers est. Insigni sopiendi, resolvendi et diaphoresim promovendi vi gaudet. Eius efficaciam in glandularum indurationibus, scirrhis, cancro mammarum, rabie canina, ictero cet. innumera testantur experimenta. In quibusdam paralysisum speciebus egregii visi sunt effectus¹. Sumitur sub forma pulveris incipiendo a paucis granis pau-

¹ SELLE *Medicina Clinica, Vol. II. pag. 201.*

latim ascendendo ad plures. Extractum aquosum *Pharm. R. Brem.* a granis quatuor ad viginti. Folia extrinsecus mammis scirrhis et cancris imponuntur.

49 CICUTA Pharm. Hisp. *Cicuta. Conium maculatum* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 284.* Habitat in Hispania, Italia cet. Planta est odoris nauseosi, ingrati, et saporis amaro-tetri.

Vsus externus tum et internus antiquissimus est. Applicabatur Emplastris forma ad resolvendos tumores duros et scirrhisos mammarum aliarumque partium. Folia viridia cancris. STORCK his nostris temporibus plurima post tentata pericula, de eius usu tam interno quam externo, multa et quidem mirabilia dixit. Scirrhis nemp, scrophulas, cancrum, cataractam, ulcera serpentina, scabiem, tineam, testiculos induratos, tumores varii generis, artritidem, rachitidem, spinam ventosam, icterum, fluorem album, anasarcam, amaurosim cet. saepius sanavit, quod plurimi propria experientia confirmant. Cl. noster PETRVS BARRACHINA Clinices Emeritus, puerum scrophulosum cum testiculis induratis, sex mensium spatio cicutae usu interno tum et externo, pristinae restituit sanitati. Alter ex Practicis nostratibus Celeberrimis CHRIST. FABREGAT ope extracti Cicutae multas felices curationes instituit¹. Sed

¹ Véase la *Disertacion sobre la virtud*

multi celebres Medici sunt qui nullam cicutaе vim adscribunt ; HAEN , WHYTT, SMVCKER et alii damna ex cicutaе usu interno orta referunt. VOGEL , BERGIVS, ROWLEI aliique inertem in cancro fuisse cicutam adfirmant. Ad grana 100. quotidie exhibuit SELLE et numquam egregias vires vidit. Intactum scirrhum relinquisse cicutam recorder cet. Evincitur ex dictis quod cicutaе vis dubia et suspecta est, quamvis non dubito quin ea aliquando optimos praestet effectus. Praescribitur in pulvere a granis tribus paulatim agendo dosim ad plures. In Extracto a granis duobus ad XX. XXX. et ultra. Sumto medicamento bibitur infusum Theae vel simile. Decoctum foliorum, cum aqua vel lacte factum, in orificiis, sinibus, fistulis cet. iniicitur.

50 HYOSCIAMVS *Pharm. Hisp. Veleño. Hyosciamvs niger* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 229.* Planta apud nos vulgaris. Herbae huius sapor ingratus est, folia odorem exhibent ingratum.

Quamvis funestum narcoticum est haec herba, tamen manu prudentiori administrata heroicum evadit medicamentum. Succus ex foliis expressus, et ad extracti consisten-

portentosa del Extracto de Cicuta cet. Por el Dr. Christoval Fabregat. En Valencia año 1786.

tiam redactus, profuit in convulsionibus, epilepsia, melancholia, mania, haemoptysi, tussi STORKIO teste. Dosis a granis tribus sensim ascendendo ad XX. vel XXX.

51 MANDRAGORA *Pharm. Hisp. Mandragora. ATROPA Mandragora* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 231.* Crescit in Hispaniae, Helvetiae, Italiae cet. locis apricis. Radix crassa est et fusiformis, externe fusca, interne alba, saporis amari nauseosi, et odoris foetidi.

Ab Antiquis in usu fuit adversus convulsionem, melancholiam, dolores articulorum cet. Folia externe in glandularum indurationibus, strumis, bubonibus cet. Caute procedendum est cum hac radice, quia funestissimi effectus ab usu interno orti, citantur in Libris Materiae Medicae. Radix in pulverem comminuta, sacchari pauxillo mixta, exhiberi potest a granis tribus paulatim dosim augendo ad scrupulum.

52 OPIVM *Thebaicum Pharm. Hisp. Opio.* Succus est coloris obscuri, odoris tetri, saporis amari, ingrati, linguam inflammantis, sponte vel arte erumpens ex capitibus PAPAVERIS *somniferi* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 568.* Colligitur in Hispania et Oriente.

Sedantem virtutem opio tribuerunt omnium aetatum Medici, hanc egregie infirmavit immortalis memoriae IOHANNES BROWN, docuit simul, vim habere excitantem diffu-

sibilem et Tonicam. Medicamentorum omnium efficacissimum et usitatissimum est opium. Ob vim quam possidet stimulantem vino, reliquisque spirituosis similem, eius usum interdendum in morbis phlogisticis suadent PRINGLE, SWIETEN, TRILLER, TRILLES, BERGIUS, PIDERIT, BROWN, JONES, WEIKARD, FRANK et alii quamplurimi; in reliquis, prudenter adhibitum, mira semper praestat, praesertim in spasmis et convulsionibus, doloribus spasticis asthenicis, haemorrhagiis, fluxibus, febribus lentis, nervosis seu putridis, inflammationibus similibus, lue venerea, tussi catharrali asthenica, titillatoria, phthysi, hysteria, melancholia cet. Vide plura apud MURRAY *App. Praeparata* ex opio usitatiora sunt *Extractum opii aquosum* seu *opium purificatum*. Dosis a grano ad duo vel tria. *Laudanum liquidum*

I Nova haec opii theoria tantam in Edimburgensi Medica schola peperit admirationem ut lapide ad aeternam rei memoriam digna visa fuerit. Nempe Medicorum Collegium dum Marmoram Brunonis (Brown) effigiem, intra Universitatis aedes reponendam decerneret, sub ea memorabilem hanc Epigramm sculptam, voluit: Opium meherese non cedit. IOHANNIS BRUNONIS M. D. *Elementa Medicinae. In praefatione PETRI MOSCATI, pag. XIX. Mediolani 1792.*

SYDENHAM, *Tinctura Thebayca* ad scrupulum. *Syrupus Opii*, *Diacodii* seu *Capitum Papaveris albi* ad unciam.

53 SOLANVM Pharm. Hisp. *Yerbamora*. SOLANVM nigrum LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 233.* Vulgaris. Pauca apud Auctores observata occurrunt interni usus. Externe a remotissimis temporibus folia, cataplastatis forma applicata, laudantur in phlegmone, scirrho, mammarum indurationibus cet. Eadem folia cortusa, et fronti applicata capitis dolores leniunt VOGEL.

54 STRAMONIUM Pharm. Hisp. *Estramonio*. DATVRA *Stramonium* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 228.* Vulgaris in Europa. Planta est odoris virosi, saporis ingrati, herbacei. Succus expressus, leni ignis calore ad extracti consistentiam inspissatus ad granum mane et vesperi, insanientibus, felici cum successu, dedit STORK. Alii hoc extractum laudant in epilepsia, mania, spasmis, convulsionibus cet.

55 TABACVM Pharm. Hisp. *Tabaco*. NICOTIANA *Tabacum* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 231.* Europaeis nota fuit haec planta ann. 1560. Habitat in nostris hortis.

Internus Tabaci usus vix concedendus est. Tamen *Extractum Pharm. WRTEMBERG.* in phthysi incipiente et tussi laudatur. Praescribitur hoc extractum per se solum, vel cum aequali pondere extracti *Liquiritiae* ad

38
granum mane et vesperi, sensim augendo
dosim. Tabaci praeparati fumus, instrumen-
ti fumigatorii ope ano immisus, pertinacis-
simas alvi constipationes multoties reseravit.
Folia aceto cocta, atque forma cataplasma-
tis abdomini applicata, hypochondriorum tu-
mores resolutos vidit SYDENHAM.

Formulae.

XXI. Iulapium Anodinum.

℞. Laudani liquidi Sydenh. guttas XXX.
Aquaе Menthae uncias sex,
Syrupi Meconii unciam dimidiam,
..... simplicis unciam. *m.*
Detur cochleatim.

XXII. Haustus Narcoticus.

℞. Opii purificati granum,
Solve in aquae stillatitiae uncia.
Syrupi Meconii unciam dimidiam. *m.*
Detur.

CLASSIS V.

ANTIPHLOGISTICA.

Auxilia quae statum phlogisticum totius
systematis mitescere et tollere, atque exce-
dentes vires, fluidorumque motus, a nimio

59
robore ortos, sedare valent, appellantur *Anti-
phlogistica, Refrigerantia, Diluentia seu
Temperantia.*

Vsus: In morbis phlogisticis.

Abusus calorem extinguit animale, solidor-
um compagem laxat, debilitat prae-
cipue organa digestionis atque humo-
rum crasim turbat.

Contraindicantur in morbis asthenicis.

Praecipua sequentia sunt:

56 ACIDA: 1.° *Vegetabilia* ut acidum li-
monum (*citricum*), aurantiorum (*auran-
tiacum*), acetum (*acidum acetosum*), om-
phacium. Succu fructuum horcorum acido-
rum, acido-dulcium cet. 2.° *Fosilia* spiri-
tus vitrioli (*acidum sulphuricum*). 3.° *Anim-
alia* serum lactis acidum (*acidum lacti-
cum*). Haec vel aqua simplici, vel eadem
ex decocto cerealium convenienti quantitate
admixa, aegris phlogisticis tuto conceduntur.

57 FRIGVS (calorici defectus) supra corpus
agens, calorem detrahendo, debilitat; hinc
non nisi in morbis phlogisticis adhibendus est.

1 *Vim frigoris tonicam, adstringentem
et stimulantem, hucusque creditam, confu-
tavit IOHAN. BROWN. Vide eius Elem. Med.
Compendio della nuova dottrina Medica di
G. BROWN, nota del Traduttore G. RASO-
RI, Vol. II. pag. 172. in Pavia 1795. WEI-
KARD Prospetto di un sistema piu sempli-*

ce di Medicina, ossia dilucidazione e conferma della nuova dottrina Medica di BROWN, Vol. I. pag. 198. in Pavia 1796. Ricerche sullo stato della Medicina secondo i principi della Filosofia induttiva con un'appendice contenente vari casi pratici con riflessioni del Dott. ROBERTO JONES, nota 13. del Traduttore G. FRANK, Vol. I. pag. 259. in Pavia 1795. Reflexions sur l'opinion de BROWN relative à l'action ou propriété debilitante du Froid par A. J. M. GOVIFFES, dans les Memoires de la SOCIÉTÉ MÉDICALE D'ÉMULATION, pour l'an V. de la République, pag. 215. à Paris an VI. (1798.) Alter ex intimis amicis ANTONIVS VILLEGAS Medicus Civitatis Gandiae, frigoris utilitatem in variolis sthenicis, institutis periculis primum in propriis filiis hoc morbo correptis, atque in aliis deinde non paucis aegris, confirmavit. Filius meus mense Ianuario huius anni, quo tempore omnes intensus tremebant frigore, variola sthenica praeiens, mane et vespere per Valentiae vias capite nudo, corporeque tenuibus vestibus tecto, meo consilio, inter manus adferebatur; hoc unico auxilio, brevi perfecte convaluit. Quod magnam mihi efficit admirationem fuit videre eum toto morbi decursu ab omni symptomate variolosq. immu-

acidulus potasse). Nitrum (nitrus potassae). Tartarus tartarizatus (tantris potas-

nem, pustulis exceptis, per diem; verum quando in lecto iacebat mansionis et strati calore, anxietate, magno calore, febre, inquietudine querulum. Mense dein Februario Rubeola gravi adfectus ipse, idem expertus est. Nec mirum! In recentissima opera paulo ante citata Prospetto di un sistema più semplice etc. Auctor refert. Varias personas llenas todavía de admiracion ~~ne~~ contaron en Viena, que el Señor INGENOVSZ habia sido llamado para un infante afecto de calentura variolosa, acompañada de gran calor y convulsiones: INGENOVSZ tomó luego al infante, y lo llevó fuera á la ventana, donde se encontraba un recipiente: el infante luego que vino en contacto con el ayre frio quedó libre de la calentura y de las convulsiones. Estos mismos síntomas volvíeron á aparecer, habiendo sido conducido de nuevo á la cama, é INGENOVSZ los disipó del mismo modo y con igual prontitud. Los padres y el Médico de la casa estaban admirados, sin poder concebir cómo habia sido la cosa. El remedio fué muy simple: el frio por su propia accion debilitante disminuyó el excitamento, debilitó y quitó el exceso del estímulo y del calor. Vol. I. pag. 207.

sae). Terra foliata tartari (*acetis potassae*). Spiritus nitri dulcis (*alcohol nitricum*). Spiritus salis dulcis (*alcohol muriaticum*) cet. Syrupus Aceti, Acetositatis Citri, Oxymel. Formulae.

XLIII. *Mixtura Refrigerans.*

℞. Nitri purificati drachmas tres, Aquae florum sambuci uncias quatuor, Syrupi simplicis unciam. *m.* Detur uncia cum unciis sex Decocti hordei mixta, omni bihorio.

XLIV. *Potus communis Refrigerans.*

℞. Decocti Hordei libras duas, Oxymellis simplicis uncias quatuor. *m.* Dosis unciae quatuor omni bihorio.

XLV. *Pulvis temperans* FRANK.

℞. Cremoris tartari unciam dimidiam, Nitri purificati sesquidrachmam. *m.* Divide in sex *p. aeq.*

CLASSIS VI.

EMOLLIENTIA.

Remedia quae fibras nimis strictas et ri-

gidas emolliunt, laxant, atque exsiccatas humectant, *Emollientia*, *Laxantia* seu *Humectantia* vocantur.

Vsus: In nimia strictura et rigiditate vasorum viscerumque, spasticis adfectibus ab eadem causa ortis cet.

Abusus morbos a fibra debili et laxa oriundos gignit, et ad putredinem disponit humores, observante PRINGLE.

Obsunt in omnibus casibus in quibus laxitas et debilitas praesto sunt.

Vsitata sunt sequentia.

59 ALTHEA Pharm. Hisp. *Malva visco officinal.* ALTHEA officinalis LINN. *Sp. Pl. Vol. iv. pag. 168.* Vulgaris. Tota planta insipida glutinosa et mucilaginosa est. Folia et radix in decocto, a plerisque praescribitur in tussi sicca, pleuritide sicca, raucedine, stranguria cet. Forma cataplasmatum ad delenienda inflammata, et tumores suppurandos a Chirurgis applicatur.

60 GLYCYRRHIZA Pharm. Hisp. *Regaliz.* GLYCYRRHIZA glabra LINN. *Sp. Pl. Vol. iv. pag. 228.* Hispanica. Huius plantae radix inter emollientia numeratur, quae de causa, me fugit. Vis excitans est et calefaciens, ideo prodest in morbis chronicis pectoris sputa movendo, fluxibus ventris profusis cet. Datur sub decocti forma. Extractum praescribitur ad dachmam unam vel alteram, saepius per diem.

64
61 *GUMMI arabicum Pharm. Hisp. Goma arábica*. Substantia est mucilaginosa, coloris palido-flavi, erumpens ex cortice trunci *MIMOSAE Niloticæ* LINN. Exhibetur aqua vel emulsione communi solutum in tussi acri, diarrhoea, dysenteria, tenesmo, torminibus, stranguria cet. ad pondus unius, duarum vel trium drachmarum.

62 *MALVA Pharm. Hisp. Malva officinal de hoja redonda. MALVA rotundifolia* LINN. *Sp. Pl. Vol. IV. pag. 171.* Vulgaris. Infusum aut decoctum foliorum interne, et externe fomenti vel cataplasmatibus forma, exhibentur quando emollientia opportuna sunt.

63 *VERBASCUM Pharm. Hisp. Gordolobo. VERBASCUM thapsus* LINN. *Sp. Pl. Vol. II. pag. 224.* Hispanica, vulgaris. Decoctum foliorum valet in dysenteria ab acri, hæmoptysi; clysmata in tenesmo. Lacte cocta ad fovendas hæmorrhoides, et alias partes dolentes, scoriatas, rigidas CRANTZ.

64 *ADIPES bovis, ovis, sui, sperma cetti.*

65 *OLEVM commune, amigdalarum, lini, ovorum cet.*

Formulae.

XLVI. Decoctum Emolliens.

℞. Radicis Althææ contusæ drachmas duas,
Foliorum verbasci manipulum,
Aquæ communis libras duas.

65
Coque per $\frac{1}{2}$ horam. Refrigerata. Cola. Adde Syrupi Althææ uncias duas. Detur paulatim.

XLVII. Emulsio Arabica Ph. R. Brem.

℞. Olei amigdalarum dulcium,
Pulveris Gummi arabici aa. semiunciam,
Sacchari albi drachmas duas,
Emulsionis amigdalarum uncias sex.
Saccharum et gummi misceantur et sufficienti quantitate emulsionis in mucilaginem subigantur, dein superaddito oleo, reliquum emulsionis paulatim adfundatur continuo agitando. Dosis unciae duæ omni bi- aut trihorio.

CLASSIS VII.

ANTIPUTRIDA.

Remedia quæ imminentem putredinem præcavere et præsentem tollere valent *Antiputrida* seu *Anticeptica* appellantur. Referringuntur 1.º *Roborantia*. 2.º *Excitantia*. 3.º *Acida*. Aër fixus seu acidum aëreum BERGMANNI. Vide *SELLE Med. Clinica, Vol. II. pag. 169.*

CLASSIS VIII.

ANTIACIDA.

Medicamenta quæ acidum primarum via-

E

rum destruntur vocantur *Antiacida*. Pertinent *Roborantia* et *Excitantia*.

CLASSIS IX.

ABSORBENTIA.

Remedia quae acidum primarum viarum absorbent, dicuntur *Absorbentia*. Spectant huc Magnesia, creta, lapides (vulgo) oculi cancrorum. Limatura ferri, stanni.

CLASSIS X.

RESOLVENTIA.

Medicamenta quae congestiones lentas et duras humorum reserant, *Resolventia* seu *Attenuantia* appellantur.

Vsus: In spissitudine humorum mucosa, in congestionibus densis viscerum, vasorum, glandularumque.

Abusus sanguinis crasim turbat, fibrasque debiles reddit.

Mitiora aestimantur 1.^o Cichoreum (*Cichoreum intybus* LINN.). Taraxacum (*Leontodon taraxacum* LINN.). Sonchus (*Sonchus oleraceus* LINN.). Flores sambuci (*Sambucus nigra* LINN.) cet. 2.^o Radices quinque aperientes maiores, Apii (*Apium graveolens* LINN.). Petroselini (*Apium petroselinum* LINN.). Foeniculi (*Anethum foeniculum* LINN.).

Rusci (*Ruscus aculeatus* LINN.). Asparragi (*Asparragus officinalis* LINN.). Minores, Rubiae (*Rubia tinctorum* LINN.). Graminis (*Triticum repens* LINN.). Ononidis (*Ononis spinosa* LINN.). Eryngii (*Eryngium campestre* LINN.). Capparidis (*Capparis spinosa* LINN.). 3.^o Plantae Antiscorbuticae dictae, Brasica (*Brasica oleracea* LINN.). Nasturtium (*Sisymbrium nasturtium* LINN.). Cochlearia (*Cochlearia officinalis* LINN.). Eruca (*Brasica eruca* LINN.). Raphanus (*Raphanus sativus* LINN.) cet. Horum succi expressi et depurati, extracta, infusa et decocta saepe multum boni promittunt. Praeparata et composita *Pharmaceutica*. Alcali fixum vegetabile (*carbonas potassae*). Alcali fixum minerale (*carbonas sodae*). Dosis ad semidrachmam. Praeparata ex *Antimonio*: Aethiops antimonialis (*sulphuretum hydrargiri stibiatum*). Antimonium diaphoreticum (*Oxidum stibii album nitro confectum*). Dosis a grano ad duo. Kermes mineralis (*Oxidum stibii sulphuratum rubrum*). Sulpur auratum antimonii (*Oxidum stibii sulphuratum aurantiacum*). Dosis ad granum. Tartarus emeticus (*Tartris potassae stibiatus*). Dosis $\frac{1}{2}$ grani pars est. Vinum emeticum (*Tartris potassae stibiatus vino dilutus*), a guttis X. ad XX. continuato usu exoptatos saepe effectus praestant, praesertim si medicamenta *roborantia* simul adhibentur.

ANTIVENEREA.

Remedia quae Luem veneream confirmatam eradicare valent, *Antivenerea* seu *Antisiphylitica* vocantur.

Sequentia laudantur.

66 *ASTRAGALVS Exscapus Pharm. Hisp. Astrágalo. ASTRAGALVS Exscapus LINN. Sp. Pl. Vol. IV. pag. 246.* Exotica, in montibus Thuringiae cet. crescens. Radix externe epydermide bruna tecta, parenchymate albo instructa, inodora, saporis amaricantis subadstringentis. Anno 1786. *STORCK QUARINIO* petiit ut in suo Nosocomio hanc radicem tentaret in cura siphylidis. Experimentum fecit in quatuor aegris lue venerea adfectis, quibus antea mercurialibus non usi fuerant, et omnes, huiusce radicis decocto (postea indicando) convaluerunt. Qui vere ex lue emerferunt, vel modo levati, omnium consensu post sumentum decoctum copiosus sudor, praecipue noctu, successit; sunt aegri quibus uberius lotium movit, alii alvum solutam inde experti sunt, alii multum sudarunt, atque alii urinam copiosam mitterunt cum sedimento, in aliquibus, albo et mucoso. Iudicio *CARMINATI*: etiam si inveteratam luem non sanet, progressum tamen eius obicem ponit longe certius, quam

omnia ligna et radices quae antivenerea censentur. Dignum igitur, inquit *MYRRAY*, ut recipiatur in supellectilem medicam, et ulterius exploretur, an recidivo malo avertendo par sit, an valeat tum, quando mercurius iners est, et an in connubio mercurii plura praestet, quam ipse solus.

67 *BARDANA Pharm. Hisp. Bardana. ARCTIVM Lappa LINN. Sp. Pl. Vol. IV. pag. 325.* Hispanica. Radix perpendicularis est, crassa, extrinsecus cortice nigricante vestita, intrinsecus alba, saporis subdulcis et amariusculi. Plurimi commendant hanc radicem in lue venerea, inter quos *STORCKIVS*. Verum non prostant decisiva experimenta quae vim antisiphyliticam vere demonstrant. Prudentiores Medici hanc radicem adhibent in decocto pro potu siphyliticis opportuno. Laudatur etiam in artritide et rheumatismo cronico.

68 *CHINA Pharm. Hisp. China. SMILAX China LINN.* Crescit in China et Iamaica. Plurimum celebrata fuit radix Chinae in lue venerea decocti calidi forma, aegris in lecto positis ut probe insudarent. Verum evilluit eius usus. Pro potu ordinario venereis inservire potest.

69 *LIGNVM SANCTVM seu GVAIACI LIGNVM Pharm. Hisp. Guayaco, ó Palo san-*

MYRRAY App. Med. Vol. VI. pag. 45.

70. Lignum hoc adducitur ex America in frusta sectum, aliquot polices crassum, durum, ponderosum, coloris obscuri et saporis amariusculi.

Vtebantur hoc medicamento veluti specifico luis venereae: sed hodierni Medici eo solo ad siphylidis curam non suscipiunt. Placeat quibusdam sub mercuriali curatione, una decocto Guaiaci uti. Valet in rheumatologia, et artritide sudorem provocando. Vncia ligni contusi coquitur cum aquae libris tribus ad dimidiae partis consumptionem. Datur vasculatim. „Resinam ad eosdem usus adhibent ad pondus dimidiae drachmae. In liquore spirituoso solutam artritidis multum commendatur.

70 LOBELLIA *Pharm. Hisp.* ::: LOBELLIA *siphylitica* LINN. *Sp. Pl. Vol. iv. pag. 145.* Habitat in Virginia. Non minus quam reliquae plantae commendata fuit Lobellia adversum malum venereum, verum constat nunc, hoc remedio tantum morbum non committi.

71 OPIVM. Summas apud hodiernos Medicos laudes obtinet divinum hoc pharmacum ad sanandam luem veneream, et experientia Clinicorum frequens in dies magis confirmat. Datur incipiendo a grano vel duobus, mane et vespere, augendo a tertio in

tertium diem alterum, sicque progrediendo ad plures.

72 SARSAPARRILLA *Pharm. Hisp. Zarzaparrilla.* SMILAX *Sarsaparrilla* LINN. Occurrit in China et America meridionali. Radix est longa et sarmentosa, extrinsecus fusca, intrinsecus alba, inodora, saporis subdulcis. Merito huius radiceis decoctum laudatur contra siphylidem. Prostant exempla venereorum, solo Sarsaparrillae decocto saturato, integre sanatorum. Communiter hodie praescribitur decoctum pro potu ordinario venereis, in auxilium curationis.

73 SASSAFRAS *Pharm. Hisp. Sasafrás.* LAVRVS *Sassafras* LINN. Planta Europaea. Versus finem saeculi decimi sexti WIERVS lignum Sassafras adversum siphylidem commendavit; sed iam decrevit fiducia, quae olim tam magna fuit.

74 OXYGENVM. *Celeb. Cives ALYON*, anno V. Reipublicae Gallicae, novam theoriam et Therapiam ad sanandam luem veneream societati Medicae Emulationis praesentem fecit, plurimis observationibus tum propriis, tum aliorum innixam. Sumi iubet aegris venereis aquam acido nitrico mixtam ad pondus drachmae pro aquae uncis sedecim, singulis diebus, partitis vicibus, usque dum symptomata omnino dispareant; simulque pomadam Oxygeno impregnata impendit ad inungenda et operienda ea mala quae cutim

externe deturpant. Hacce methodo plures Medici Galli, tum et exteri felici cum successu utuntur, adfirmantes, hac ratione cito et tuto luem veneream sanari, et absque iis incommodis quae sub mercurii usu oriuntur.

75 MERCURIUS seu HYDRARGIRUS. Substantia est fluida, splendens, soli auro et platinæ gravitate cedens, minori calore quam quo aqua ebullit, volatilis, frigore valde intenso in consistentiam solidam abiens. Occurrit purus (*Virgineus*), sive ope sulphuris in formam mineræ redactus; et pro varia ratione sulphuris ad mercurium atque pro varia terræ cui inhaeret ratione sive simpliciter Mineræ *Mercurii*, sive *Cinabaris* quando pulcherrima rubedine tincta est, et nulla terra inquinata nomine venit, SPIELMANN. Occurrit in Hispania, Hungaria cet. Ab antiquis inter venena enumeratus fuit Mercurius. Arabes primum externe in morbis uti coeperunt, et saeculo decimo sexto intus usurparunt. Mercurius vivus seu currens (inquit SPIELMANN) ore sumtus totum permeat canalem intestinalem, et talis qualis ore sum-

I Vide Essai sur les propriétés médicinales de l'oxigène, et sur l'application de ce principe dans les Maladies veneriennes cet. Présenté à la société Médicale d'Emulation de Paris le 7. Mesidor l'an V. de la Repub. Française (1796.)

tus fuit, rano elabitur. Exempla prostant gravissimorum morborum, veluti intus susceptiones intestinorum et alia illorum obstacula, illi, vomitus cet. mercurio vivo ad plures drachmas ingesto, sanatis, ut SWINGERUS, BURGERUS, KAAV et HAEN testantur. Sed usus praecipuus, sive extrinsecus forma unguenti corpori applicatus, sive sub data forma intrinsecus sumtus, in lue venerea est. Praeparata usitata sunt:

Mercurius gummosus PLENKII, ex una parte mercurii vivi et duabus gummi arabici intime subactis compositus. Plurimum ab inventore suo laudatur in sananda siphylide. Datur a granis X. ad XV. bis per diem, augendo paulatim dosim.

Aethiops mineralis (*sulphuretum hydrargiri nigrum*), ex aequis partibus mercurii vivi et sulphuris compositus. Valet praecipue in adfectibus curis venereis. Dosis a granis V. ad X. bis in die, quae dosis successive augenda est.

Mercurius dulcis, *Chalomet* (*Murias hydrargiri dulcis*), mercurius est sublimatus, mercurio vivo saturatus. Praescribitur commode a grano uno ad tria, cum opii portioncula. Vide *Pill. Optato-mercuriales*. Cel. Chirurgus Anglus CLARE cum uno vel duobus granis Mercurii dulcis, frictiones in oris partes internas instituere suadet, donec salivationis appareant indicia. Hac ratione in-

roductionem Mercurii in humorum massam sibi promittit, ad venereum virus extinguendum. Nova haec methodus parum iam in usu trahitur, certe quia Clinicorum expectationes frustravit.

Mercurius sublimatus corrosivus (*Murias hydrargiri corrosivus*), ex acido muriatico et mercurio compositus. Plures in principio obtinuit plusus medicamentum hoc, verum hodie fere proscriptum est. Datur aqua stillatitia, vel spiritu vini tenuioris, vel spiritu frumenti solutus ad sextam vel octavam grani partem pro dosi. Vid. *Liquor. SWIETENII.*

Unguentum Mercurii compositum seu *Neapolitanum* ex hydrargiro et axungia intime mixtis paratum. Celebratissimum olim remedium fuit, frictionibus adhibitum, ad salivationem excitandam pro sananda lue venerea. Verum cordatiores Medici hodierni siphylidis curam per salivationem, plane deseruerunt. CAROLVS DE MERTENS novam, facilem et tutissimam methodum curandi morbo venereo absque salivatione, cum unguento mercuriali frictionibus adhibito, excogitavit. Vide eius *Observationes Medicas, Vol. II. pag. 93. Ticini 1791.*

Formulae Antivenereae.

XLVIII. Decoctum Astragali QVARINI.

℞. Radicis Astragali excapi semiunciam, Aquae communis uncias quindecim. Coque donec libra una supersit. Cola. Sumat aeger tepide mane et vespere.

XLIX. Liquor SWIETENII.

℞. Mercurii sublimati corrosivi grana XV. Spiritus Frumenti libras duas. Fiat solutio. Detur mane et vespere cochlear unum, superbibendo decocti cuiusdam demulcentis uncias sex.

L. Pillulae Antivenereae cum Cicutae.

℞. Aethiopsis mineralis grana L. Extracti Cicutae drachmas duas. Fiant Pillulae pro X. dosibus. Sumat aeger unam omni mane, bibendo deim uncias sex decocti sarsaparillae.

LI. Pillulae Opiato-mercuriales.

℞. Opii depurati grana XII. Mercurii dulcis grana XXXVI. Extracti Liquiritiae scrupulum. Fiant Pillulae pro XII. dosibus. Capiat aeger unam hora somni, suprabiben-

do vasculum dimidium decocti sarsaparillae tepidi.

CLASSIS XII.

ANTIELMINTICA.

Remedia quae intestinales vermes vel e-
necant vel expellunt, vocantur *Antielmintica*.
Vsus: Quando illorum signa apparent ¹.

Pertinent 1.^o *Roborantia*, *amara*, *foeti-
da*. 2.^o *Purgantia Phlogistica amara*. 3.^o *Pur-
gantia Roborantibus unita*.

Formulae.

LII. Electuarium Antielminticum STORCK.

℞. Pulveris radices Ialapae,

..... Valerianae,

Salis polychresti aa. drachmam.

Cum S. Q. Syrupi simplicis, fiat Electuarium.
Dosis pro adultis uncia semis bis per diem,
pro pueris sesquidrachma mane et vespere.

1 Qui, columnae nasi turgore, crassitie,
carpendi nares more, vultu decolore, huius
et reliquae cutis pallore, abdominis tumore,
postremo vermium per alvum deiectione, di-
gnoscentur. BRVNONIS *Elem. Med.* § DLXVIII.

LIII. Pulvis Antielminticus.

Specificum HERRENCHWAND ².

℞. Gummi guttae grana VI.

Salis Absynthii,

Carbonis Fraxini aa. grana XV. *m.* Fiat Pulvis.
Divide in duas partes aequales. Capiat unam
mane, alteram vespere.

CLASSIS XIII.

RVBEFACIENTIA.

Remedia quae corpori externe applicata
adiunctam cutim irritant, incendunt, inde
universum systema solidorum incitant humo-
rumque motus adaugent, appellantur *Rube-
facientia*. Si epidermidem a cute secedunt,
atque vesicam sero plenam excitant, dicun-
tur *Vesicantia*. Haec ipsa medicamenta quan-
do scopo evocandi humores a loco in alium
locum adhibentur, vocantur *Epispastica* seu
Attrahentia. Ad haec referuntur *urticatio-
nes*, *fusticationes*, *fonticuli*, *setacea*, *scar-
rificationes* cet.

1 ROWLEY *Práctica Racional de Me-
dicina* cet. Traducida del Ingles por D. JOA-
QUIN SERRANO MANZANO, Tomo II. pag. 233.
Madrid 1798.

Vsus Rubefacientium et Vesicantium est in omnibus morbis in quibus tarditas, torpor seu stupor potestatum motricium adsunt, quando a plethora non proveniunt; hinc in paralyti, apoplexia pituitosa, sensuum stupore cet. in inflammationibus asthenicis aegris partibus imposita, languore virium vitalium cet.

Referuntur cataplasmata ex Raphano et Sinapi, et emplastrum e Cantharidibus.
Formulae.

LIV. Vesicatoria BOERHAAVI ¹.

℞. Raphani rusticani recentis et succulenti contriti unciam semis.
Applica ad cutim per horae dimidium, aut tandiu, donec inflammationem satis magnam excitatam, dolor fervidus, et rubor partis tumens testetur.

LV.

℞. Sinapi cum aceto contriti drachmas quatuor.
Applica per horas quatuor.

¹ H. BOERHAAV. *Aphor. de cognoscendis et curandis Morbis cet. P. I. Edition. SOLDEVILLÆ, pag. 66.*

LVI.

℞. Cantharidum sine alis contritarum in pulverem tenuem drachmas duas. Accurate misceantur cum drachmis sex fermenti panis, pauxillo cum aceto subaeti.
Applica spatio duodecim horarum, vel donec in vesicam manifesto epidermis elata sit.

Vbi multum adest irritabilitatis, bono eum successu emplastrum, antequam illud applicaretur, cum tantillo camphorae malaxatur, quo stranguriae alias forte eventurae impediuntur ². Hac de causa concinnatores praestantissimi *Pharm. R. Brem.* emplastro vesicatorio camphoram addunt, hoc modo:

LVII.

℞. Cerae flavae libram,
Terebinthinae uncias quatuor.
Liquefactis adde
Cantharidum grosso modo tritarum uncias octo,
Camphorae drachmas tres in oleo olivarum unciis duabus solutae.
Fiat emplastrum ².

Vix aliud medicamentum tam obvium in

¹ SELLE *Medicina Clinica, Vol. II. pag. 195.*

² *Pharm. R. Brem. pag. 69.*

ordinationibus invenitur, vixque cum alio Medici et Chirurgi tam frequenter ludunt. Plures toto coelo oppositos effectus ab eo expectant, et morbos natura plane diversos eodem sanare sibi blandiuntur. Vulgaris apud nos fere consuetudo est in eodem morbo vesicantia simul et venae sectiones, refrigerantia et alia eiusmodi auxilia adhibere: Temeraria certe praxis est. Vno verbo, vesicantia indiscriminatim applicantur in morbis. Saepe saepius vidi, ¡proh dolor! Aegros morbis phlogisticis detentos, quibus vesicatoria applicata fuerunt: ignem illico domus concepit, et aeger vitam cum morte commutavit. E contrario extremum vite spiritum reddere aegroti asthenici, a neglecto hoc auxilio. Vesicantia cuti imposita ibidem stimulando motus solidorum fluidorumque circulum per totum systema intenduntur; sequitur hinc conducere iis in casibus in quibus debilitas et inertia praesto sunt, officere vero in contrario systematis statu. En quae de vesicantibus tradit Van-SWIETEN, cum omne irritans, calefaciens, impetum augens damnosum in pleuritide habeatur (idem de reliquis morbis phlogisticis censendum); quid cogitandum de vesicatoriis e cantharidibus?

EMETICA.

iii Remedia quae per os, contenta in ventriculo et circa eum evacuant, *Emetica* seu *Vomitoria* vocantur.

Vsus: In morbis sthenicis seu phlogisticis*, in phthysi*, in saburra circa ventriculum et inde natis morbis.

Abusus ventriculum debilitat, humores versus hoc viscus determinat, morbosque, imprimis, a debilitate primarum viarum producit.

Obsunt in morbis asthenicis, gravidis, hernia laborantibus cer.

Tutiora simul et usitatiora sunt:

76 *IPECACUANHAE radix* Pharm. Hisp. *Vexuquillo*. *VIOLA ipecacuanha* seu *PSYCHOTRIA emetica* LINN. Brasiliensis.

Forma pulveris praescribitur haec radix

I *BROWN emetica praescribit in morbis sthenicis, eaque proscibit in asthenicis.*

2 *Vide Essai sur la nature et le traitement de la Phthisie Pulmonaire, avec un supplement sur l'usage et les effets de l'Emetique frequemment repeté par THOMAS REID M. D. mis en Français par M. M. DUMAS et PETIT-DARSON, pag. 287. a Lyon 1792.*

per se sola a scriptulo uno ad drachmam dimidiam, vel cum tartari emetici pauxillo. Vide *Pulv. Ipec. cum tart. Em.* Exiguus dosibus exhibita, ut granum dimidium vel integrum saepius per diem, profuit in spasmodicis adfectibus, diarrhoea, dysenteria, haemorrhagiis et praecipue in haemoptysi.

Ex Pharmaceuticis.

77 **TARTARVS emeticus Pharm. Hisp.** *Tártaro emético.* (*Tartris acidulus potassae stibiatus*). Componitur ex quatuor partibus cremoris tartari et duabus vitri antimonii. Fortiter vomitum excitat et alvum simul laxat. Dosis a grano uno ad duo. Vide *Solut. Emet.*

78 **VINVM emeticum Pharm. Hisp.** *Vino emético.* (*Tartris acidulus potassae stibiatus vino dilutus Pharm. R. Brem.*) Solutio tartari emetici est cum vino Hispano. Dosis uncia est.

Formulae.

LVIII. Pulvis Ipecacuanhae.

℞. Pulveris radice Ipecacuanhae grana XXX.
Sacchari albi scrupulum. *m.* Detur.

LIX. Pulvis Ipecacuanhae cum Tartaro emetico.

℞. Pulveris radice Ipecacuanhae grana XX.
Tartari emetici granum,
Sacchari albi scrupulum. *Tere. m.* Detur.

LX. Iulapium emeticum.

℞. Vini emetici seu antimonialis sesquunciam,
Aquaе stillatitiae menthae uncias tres,
Syrupi simplicis unciam. *m.*
Detur uncia omni horae $\frac{1}{4}$ parte.

LXI. Solutio emetica I. P. FRANK.

℞. Tartari emetici grana tria,
Aquaе stillatitiae uncias tres.
Fiat solutio. Detur cochleatim.
Compescunt vomitum excedentem *robora-*
rantia quando a debilitate; quando a spasmo *excitantia* et *opiata*; *emetica* quando ab acri stimulo in ventriculi fibras nerveas operante; *refrigerantia* demum quando ab statu phlogistico originem ducit.

PVRGANTIA.

Medicamenta quae in primis viis contenta per anum evacuant, appellantur *Purgantia*.

Dividuntur 1.^o In *Cathartica* seu *Antiphlogistica*. 2.^o In *Drastica* seu *Phlogistica*.

I.^o *Cathartica*.

Vsus: In morbis phlogisticis ¹. In saburra intestinorum cet.

Abusus debilitatem, hypercatharses cet. generat.

Noceat in morbis asthenicis ².

Haec sunt praecipua:

79 MANNA *Pharm.* *Hisp.* *Maná*. Succus est qui exsudat ex variis speciebus *Fraxini* LINN. Sapor subdulcis est, color palis-

1 BRVNON. *Element. Med.* §. COLXXXIII. CDLIX. SYDENHAM. BOERHAAVE.

2 *Vt nihil in asthenicis morbis* (loquitur de emeticis et purgantibus) *plus hactenus usitatum, nihil cum maiore damno, et saepe praesente pernicie, est; ita, ob eam ipsam causam, nihil ad sthenicorum morborum curationem felicius.* BRVNON. *Elm. Med.* §. CDLXXIII.

do obscurus. Plures sunt *Mannae* species. Ea optima censetur quae minus humida, magis alba et granulosa est. Haec colligitur in *Giraci Calabriae* ulterioris *Vrbe*, aliisque locis. Dosis ad uncias duas.

80 PVLPA *cassiae Pharm.* *Hisp.* *Pulpa casia*. Substantia est proveniens ex leguminibus contusis et aqua maceratis *CASSIAE fistulae* LINN. Color nigricans est, sapor subdulcis et nauseosus. Ex *India*, *China*, *Insulis Philippinis* et *America* adducitur. Dosis ad unciam unam et semis.

81 PVLPA *tamarindorum Pharm.* *Hisp.* *Pulpa de tamarindos*. Substantia est coloris obscuri, saporis acido-dulcis, ex fructibus *TAMARINDI indicae* LINN. educta. Venit ex *India* et *America*. Dosis uti praecedens.

82 SAL *catharticus amarus Pharm.* *Hisp.* *Sal de la Fuente de la Higuera*. (*Sulphas magnesiae*). Ex acido sulphurico, et basi *magnesiae* simili, constans. Datur aqua soluta ad unciam.

Formulae.

LXII. *Solutio Tamarindorum.*

℞. *Pulpae Tamarindorum* unciam,
Salis cathartici amari drachmas duas,
Aquae communis calidae uncias quatuor. ℥
Fiat solutio. Detur.

LXIII. Solutio cathartica salina.

℞. Salis cathartici amari unciam,
 Aquae communis calidae uncias quatuor.
 Fiat solutio. Adde:
 Syrupi simplicis unciam. m. Detur.

II.º Drastica.

Vsus : In saburra gastrica ob defectum vi-
 rium, et humorum stimulantium col-
 lecta.

Abusus debilitatem a defectu humorum et
 excessu stimuli, atque mala inde or-
 ta, inducit.

Præcipua sunt:

83 RHABARBARVM *Turcicum Pharm.*
Hisp. Ruibarbo officinal 6 de Moscovia.
 RHEVM *palmatum LINN. Sp. Pl. Vol. II.*
pag. 433. Radix magna longa et carnosa est,
 coloris dilute fuscæ, odoris fortis, saporis a-
 mariusculi et nauseosi. In Tartaria colligitur.
 Datur sub pulveris forma ad semidrachmam.
 Extractum Rhabarbari aquosum *Pharm. R.*
Brem. ad drachmam. Syrupus de Rhabarba-
 ro seu Chichorei cum Rheo recens ortis da-
 tur ad expellendum meconium. Frustum ra-
 dicis dolenti denti applicatum dolorem mi-
 tigat. Tosta radix a granis quindecim ad vi-
 ginti mane et vesperi data prodest in inte-

stinorum imbecillitate et fluxibus inde natis.

84 IALAPIVM *Pharm. Hisp. Xalapa.*
 CONVOLVULVS *Ialapa LINN. Sp. Pl. Vol. II.*
pag. 224. Planta est Indiana, ex Provin-
 cia Ialapa nobis adfertur. Radix carnosa et
 ponderosa est, coloris obscuri, nigrican-
 tis, odoris debilis, saporis acriusculi, non
 ingrati, et diu inhaerentis. Quartam sui pon-
 deris partem resinæ continet, et ab ea vim
 purgantem agnoscit, quoniam eadem expo-
 liata alvum non amplius ducit, referente
 CARMINATI. Datur in pulvere a granis XX.
 ad XXX. saccharo trita ut eius tenacitas re-
 sinosa solvatur. Extractum aquosum *Pharm.*
R. Brem. ad scrupulum. Resina ad grana
 XII. vel XV. sed numquam per se so-
 la utpote nimis tenax ac diu interius hæ-
 rens exhibenda est, at saccharo nitro cet.
 trita.

85 ALOE *Pharm. Hisp. Acibar 6 zabi-*
la. Succus est saporis amari et calidi, odo-
 ris ingrati et nauseosi, qui sponte obtinetur
 ex ALOE *perfoliata LINN. Sp. Pl. Vol. II.*
pag. 379. Crescit in India et Malacha, a-
 liisque partibus Hispaniæ temperatis. Aloe
 species tres sunt *succotrina* nempe, *hepati-*
ca et *caballina*. Succotrina reliquis præstan-
 tior est. Datur in substantia a granis VIII.
 ad XV. Extractum *Pharm. R. Brem.* da-
 tur ad scrupulum. Crebrior Aloe usus ad
 hæmorrhoides disponit, easque suppressas ite-

rum revocat². In obstructione mensium primaria est Medicina².

Formulae.

LXIV. *Pulvis purgans* I. P. FRANK.

℞. Pulveris radice Jalapae drachmam dimidiam,
Tartari vitriolati scrupulum. *m.* Detur.

LXV. *Pulvis Rhabarbari.*

℞. Pulveris radice Rhabarbari semidrachmam,
Sacchari albi scrupulum. *m.* Detur.

LXVI. *Pulvis Aloeticus.*

℞. Aloë succotrinae grana XII.
Sacchari albi scrupulum. *m.* Detur.

CLASSIS XVI.

EMETOCATHARTICA.

Quae per os simul et anum contenta in

1 E. I. N. CRANTZ *Mat. Med. et Chirurg.* Vol. II. pag. 222.

2 BERGIVS *Materia Medica*, pag. 282.
Stokolmo 1782.

ventriculo et intestinis expellere faciunt, vocantur *Emetocathartica*.

Haec sunt *Emetica* et *Cathartica* iuncta.
Formulae.

LXVII. *Solutio Emetocathartica* BENKOO.

℞. Tartari emetici grana duo,
Salis cathartici amari drachmas duas,
Aquae fontanae unciam. Fiat solutio.
Detur.

LXVIII. *Solutio Emetocathartica* FRANK.

℞. Salis cathartici amari unciam,
Tartari emetici granum,
Aquae stillatitiae uncias sex. Fiat solutio.
Detur.

Ipercatharsim sustinent *opiata*; *Roborantia* dein danda sunt.

CLASSIS XVII.

DIAPHORETICA-SVDORIFERA.

Auxilia quae transpirationem insensibilem suppressam iterum revocant, et sudorem excitant, appellantur *Diaphoretica* et *Sudorifera*.

Alia sunt *Antiphlogistica*, *Phlogistica* alia.

I. *Antiphlogistica.*

Vsus : In morbis sthenicis.

Pertinent omnia illa Artis auxilia quae sub Refrigerantium aut Debilitantium titulo comprehenduntur.

II. *Phlogistica.*

Vsus : In morbis asthenicis in quibus diaphoresis plena seu sudor abundans requiritur, v. g. lue venerea, scabie, peste cet.

Referuntur 1.° Balnea tepida. 2.° Infusiones tepidae haustae ex infusis plantarum leniter stimulantium, aromaticarum ut Angelicae (*Angelica arcangelica* LINN.). Cardui benedicti (*Centaurea benedicta* LINN.). Imperatoriae (*Imperatoria ostruthium* LINN.). Salviae, florum sambuci, Papaveris erratici (*Papaver rhoeas* LINN.). 3.° Decocta radicum chinae, sarsaparillae, ligni guaiaci, sassafrae et similium. 4.° Minutissimae emeticorum antimonialium doses saepius repetitae. Pulvis DOWERI.

Formulae.

LXIX. *Infusum Diaphoreticum.*

℞. Florum papaveris erratici,
..... sambuci aa. pugilum,

In aquae communis calidae uncis sex.
Fiat infusum, tepidae sumendum.

LXX. *Pulvis DOWERI Pharm. R. Brem.*

℞. Pulveris radice ipecacuanhae drachmas II.
Opii purificati drachmam,
Sacchari albi drachmas septem. *m.*
Fiat omnium pulvis.

Celebris hic pulvis peramplum in Medicina habet usum. In rheumatismis iaveteratis plurimum valet MACBRIDE referente. In tippo excellens est teste WEIKARD. In lue venerea multum conducit. Dosis est a granis XV. ad XX. superbibendo infusi diaphoretici vasculum, aegro in lecto locato, ut sufficienter sudet.

Profusos cohibent sudores *Roborantia.*

CLASSIS XVIII.

ANACATHARTICA.

Medicamenta quae crassos viscidosque humores in pulmonibus haerentes solvunt ac per sputum evacuare faciunt, *Anacathartica* sive *Expectorantia* dicuntur.

Vsus : In morbis in quibus crassi, lenti et viscosi humores, functiones pulmonum perturbantes, attenuandi atque evacuandi sunt.

pag. 188. Radix gracilis fibroso-ramosa et lignosa est, externe flavo-cinerea, interne alba, saporis vero amarissimi. SWIETEN Medicis Vienensibus suavit ut in Nosocomiis tentarent hanc radicem in phthysium medela. CANDON, COLLIN, COSTE, WILLMET et alii efficaciam testimonio confirmarunt. Convenit et hic quod paulo superius de Lichene islandico exposui. Datur sub forma decocti. Vide *Decoctum Polygalae*.

Formulae.

LXXI. Pulvis expectorans.

℞. Kermetis mineralis grana VI.
Sacchari albi scrupulum. *m.*
Pro tribus dosibus in die sumendis.

LXXII. Mixtura Anacathartica.

℞. Oxymellis scillitici unciam,
Aquaе foeniculi uncias duas. *m.*
Detur cochleatim.

LXXIII. Decoctum Dulcamarae.

℞. Stipitum Dulcamarae drachmas sex,
Aquaе communis uncias quindecim.
Coque per dimidiam horam. Refrigerata. Cola.
Detur partitis vicibus in die.

LXXIV. Decoctum Lichenis islandici.

℞. Lichenis islandici unciam,
Aquaе communis libram.
Coque per dimidiam horam. Refrigerata. Exprime leviter. Post colaturam adde Sacchari albi unciam. Sumat aeger in die partitis vicibus.

LXXV. Decoctum Polygalae amarae.

℞. Radicis contusae Polygalae amarae unciam,
Aquaе communis libram.
Coque ad uncias novem. Refrigerata. Cola. Detur aegro diversis vicibus spatio viginti-quatuor horarum.

CLASSIS XIX.

DIVRETICA.

Medicamenta quae urinae secretionem adaugent, *Diuretica* appellantur.

Vnus: In nonnullis casibus suppressionis urinae: in morbis in quibus limpha vel serum aut in tela cellulosa stagnatum, vel cavitatibus effusum est. Hinc in anasarca, hydrope cet.

Efficaciora sunt:

89 COLCHICVM Pharm. Hisp. *Quitame-
riendas de otoño.* COLCHICVM *autumnale*
LINN. Sp. Pl. Vol. II. pag. 402. Crescit
in Europa temperatori. Bulbus est solidus
magnitudinis pugni, ex variis tunicis carno-
sis et succulentis, extrinsecus fere aridis com-
positus. Potenter lotium movet, hydropicis
opportuno est. Datur in pulvere saccharo
remixtus a grano uno ad duo, tria cet. O-
xymel ad unciam dimidiam mane et vespere.
Acetum a guttis XV. ad XX. pro do-
si, cum vehiculo aquoso.

90 GENISTA Pharm. Hisp. *Hiniesta es-
cobar.* SPARTIVM *scoparium* LINN. Sp. Pl.
Vol. IV. pag. 192. Europaea. Folia et caules
saporem intense amarum habent. Decoctum
lotium potenter movet, hydropicis commen-
datum est. Sed frequens est salis aut cinerum
usus, adnotante MURRAY. Vid. *Infus. Ci-
ner. Genistae.*

91 SCILLA Pharm. Hisp. *Cebolla al-
barrana.* SCILLA *maritima* LINN. Sp. Pl.
Vol. II. pag. 366. Hispanica. Est bulbus
magnitudinis pugni ex pluribus tunicis carno-
sis compositus. Omnium consensu scilla prae
omnibus reliquis remediis, urinae secretionem
promover. In morbis hydropicis prae-
stans est. Datur forma pulveris cum saccha-
ro remixti a granis duobus ad quatuor. Ex-
tractum Pharm. R. Brem. vel aqua sim-
plici solutum vel in pillulas redactum a gra-

97
nis quatuor ad octo, bis per diem praescri-
bitur. In pectoris hydropē extractum, reli-
quis scillae praeparatis praefert QVARIN. O-
xymel scillae a drachmis duabus ad unciam
dimidiam bis per diem datur. Acetum aqua
mixtum a guttis X. ad XX.

92 CANTHARIS Pharm. Hisp. *Cantari-
da.* MELOE *vesicatorius* LINN. Animalcula
haec sub quacumque forma corpori externe
applicata, vel intus sumta urinae vias spe-
ciatim petunt, lotiique secretionem quando-
que adaugent. Tinctura *cantharidum diluta*
Pharm. R. Brem. cum multa aqua dilata-
ta, aut mucilagine involuta a guttis X. ad
XX. commendatur in morbis cutaneis apy-
reticis praesertim lepra, in hydropē, para-
lysi, gonorrhoeis antiquis cet. Linimenti for-
ma illinita membris paralyticis motum non-
numquam restituit.

93 MILLEPEDA Pharm. Hisp. *Cochini-
llas ó milpies.* ONISCVS *asellus* LINN. Inse-
ctum vulgare. Diuretica horum viventium
virtus tam laudata et credita, a CVLLENIO
et CARMINATI pro infirmata habetur. Ta-
men succus ex X. millepedibus cum pauca
vini quantitate contusis, expressus, tentari
potest pro dosi.

Formulae.

98
LXXVI. *Infusum cinerum Genistae.*
Pharm. P. H.

℞. Cinerum Genistae semilibram,
Vini albi libras duas.
Sint per integram noctem in infusione frigida.
Cola. Detur uncia omni bihorio.

LXXVII. *Vinum scilliticum. Ph. P. H.*

℞. Radicis scillae preparatae drachmam,
Flavedinis corticum aurantium unciam,
Vini albi libras duas.
Digere per XXIV. horas. Cola.
Detur uncia omni XXIV. diei parte.

LXXVIII. *Mixtura scillitica.*

℞. Extracti scillae drachmam,
Aceti scillitici guttas XX.
Aquae menthae uncias sex,
Syrupi simplicis unciam. *m.*
Detur cochleatim.

Vrinae nimium fluxum inhihent *Opiata.*
Roborantia. Adstringentia.

EMMENAGOGA.

Remedia quae suppressa et retenta menstrua restituere valent, *Emmenagoga* vocantur.

Cum enim contrariae causae menstruum fluxum cohibere valeant, opposita certe medicamenta ad eundem restituendum, requiruntur.

Si a plethora, nimia vasorum rigiditate et strictura suppressa aut retenta est haec evacuatio, convenit regimen evacuans et antiphlogisticum; si spasmio *opiata*; si a defectu stimuli *assa foetida*, *mirrha*, *castoreum*, *cortex peruvianus*, *helleborus*, *aristolochia*, *crocus*, *mars* et similia.

Formulae.

LXXIX. *Pulvis Emmenagogus.*

℞. Opii purificati grana VI.
Mirrhae purae scrupulum,
Sacchari albi drachmam. *m.*
Divide in tres *p. aeq.*
Detur quotidie una, hora somni.
Continuetur per aliquot dies.

LXXX. *Pulvis Aloeticus Emmenagogus.*

℞. Aloe grana VIII.
 Opii purificati granum,
 Sacchari albi scrupulum. *m.*
 Detur uti praecedens.

CLASSIS XXI.

APOPHLEGMATIZONTA.

Quae in nares immissa medicamenta multum maiori copia discernere faciunt, *Apophlegmatizonta* appellantur. Si sternutationem excitant, vocantur *Pharmica*.

Vsus: Quando ob solidorum debilitatem aut inertiam congestiones humorum versus caput subsecutae sunt: tum quando nervi, ad visus vel auditus organa pertinentes, remissi esse videntur.

Abusus cerebrum primo, dein totum corpus debilitat, atque fluxus molestos ad oculos, os, fauces cet. producit.

Nocent plethoricis, haemoptoycis, irritabilibus, gravidis cet.

Inter innumera passim ab Auctoribus tradita, Mari veri folia digitis fricata et naribus applicata, pulvis Nigellae silvestris, Euphorbii, et Tabaci in insuetis, in nares immissi uberrimam mucii secretionem promovent.

Molestam ex naribus compescunt evacuationem *roborantia* et *opiata* interne sumta. Sternutationem ingentem sistunt lac tepidum fomenti forma naribus impositum, vaporesque emollientes ore et naribus attracti.

CLASSIS XXII.

SIALAGOGA.

Sialagoga sunt illa medicamenta, quae salivae secretionem augent.

Excitatur haec evacuatio masticatione herbarum et radicum acrium Pimpinellae scilicet, Piretri, foliorum Nicotianae cet. ac etiam Mercurii usu. Verum hodie de industria multo minus quam olim haec evacuatio iure promovetur.

Abundantem salivationem tollunt gargarismata *adstringentia* et *roborantia*, tum etiam *ecoprotica*.

FINIS.

INDEX.

<i>Pondera.</i>	Pag.	5
<i>Abreviationes.</i>	ibid.	5
<i>Methodus conficiendi Formulas.</i>		6
<i>Medicamentorum Formae.</i>		9
<i>Formae internae.</i>	ibid.	9
<i>Formae mediae.</i>		16
<i>Formae externae.</i>		17
<i>Materia Medica.</i>		18
<i>De Medicamentis generatim.</i>		19
<i>De Actione Medicamentorum in oeconomia animali.</i>	ibid.	19
<i>De Medicamentorum praescriptione.</i>		20
<i>De Esculentis et Potulentis.</i>		21
<i>Esculenta.</i>	ibid.	21
<i>Potulenta.</i>		23
<i>Medicamenta.</i>		24
<i>Classis . . . I. Adstringentia.</i>	ibid.	24
. II. <i>Roborantia.</i>		29
. III. <i>Excitantia.</i>		44
. IV. <i>Sopientia.</i>		51
. V. <i>Antiphlogistica.</i>		58
. VI. <i>Emollientia.</i>		62
. VII. <i>Antiputrida.</i>		65
. VIII. <i>Antiacida.</i>	ibid.	65
. IX. <i>Absorbentia.</i>		66
. X. <i>Resolventia.</i>	ibid.	66
. XI. <i>Antioenerea.</i>		68

<i>Clasis . . . XII. Antielmintica.</i>		76
. XIII. <i>Rubefacientia.</i>		77
. XIV. <i>Emetica.</i>		81
. XV. <i>Purgantia.</i>		84
. XVI. <i>Emetocathartica.</i>		88
. XVII. <i>Diaphoretica sudorifera.</i>		89
. XVIII. <i>Anacathartica.</i>		91
. XIX. <i>Diuretica.</i>		95
. XX. <i>Emmenagoga.</i>		99
. XXI. <i>Apophlegmatizanta.</i>		100
. XXII. <i>Sialagoga.</i>		101

INDEX MEDICAMENTORVM.

<i>Absynthium.</i>	30
<i>Acida.</i>	59
<i>Aconitum.</i>	51
<i>Adipes.</i>	64
<i>Aër fixus.</i>	65
<i>Æthiops antimonialis.</i>	67
..... <i>mineralis.</i>	73
<i>Alcali fixum vegetabile.</i>	67
..... <i>mineralis.</i>	ibid.
<i>Aloc.</i>	87
<i>Althea.</i>	63
<i>Alumen.</i>	64
<i>Angelica.</i>	90
<i>Angustura.</i>	31
<i>Antimonium diaphoreticum.</i>	67
<i>Apium.</i>	66
<i>Aristolochia.</i>	99
<i>Arnica.</i>	31
<i>Asparragus.</i>	67
<i>Assa foetida.</i>	44, 99
<i>Astragalus.</i>	68
<i>Aurantium.</i>	32
<i>Bardana.</i>	69
<i>Belladonna.</i>	52
<i>Bistorta.</i>	24
<i>Brasica.</i>	67
<i>Calamus aromaticus.</i>	32
<i>Calor.</i>	47

<i>Camphora.</i>	45
<i>Canella alba.</i>	33
<i>Cantharis.</i>	97
<i>Capparis.</i>	67
<i>Carduus Benedictus.</i>	90
<i>Cascarilla.</i>	33
<i>Castoreum.</i>	49, 99
<i>Catecu.</i>	25
<i>Centaurum minus.</i>	34
<i>Cervisia.</i>	45
<i>Chamaemelon.</i>	34
<i>Chamedrys.</i>	ibid.
<i>Chinae radix.</i>	69, 90
<i>Cichoreum.</i>	66
<i>Cicuta.</i>	52
<i>Cochlearia.</i>	67
<i>Colchicum.</i>	96
<i>Columbo.</i>	35
<i>Cremor tartari.</i>	60
<i>Creta.</i>	66
<i>Crocus.</i>	99
<i>Cydonea.</i>	25
<i>Dulcamara.</i>	92
<i>Electricitas.</i>	47
<i>Eringium.</i>	67
<i>Eruca.</i>	ibid.
<i>Euphorbium.</i>	100
<i>Ferrum.</i>	41, 99
<i>Foeniculum.</i>	60
<i>Frigus.</i>	59
<i>Fumaria.</i>	35

106	
<i>Genista.</i>	96
<i>Gentiana.</i>	35
<i>Glycyrrhiza.</i>	63, 92
<i>Gramen.</i>	67
<i>Guaiacum.</i>	69, 90
<i>Gummi amoniacum.</i>	92
..... <i>arabicum.</i>	64
..... <i>kino.</i>	25
<i>Hedera terrestris.</i>	92
<i>Helleborus.</i>	99
<i>Hyosciamus.</i>	54
<i>Ialapium.</i>	87
<i>Imperatoria.</i>	90
<i>Ipecacuanha.</i>	81
<i>Kermes mineralis.</i>	67, 92
<i>Lapis cancrorum.</i>	66
<i>Lichen islandicus.</i>	92
<i>Lignum sanctum.</i>	69, 90
<i>Limatura ferri.</i>	41, 66
..... <i>stanni.</i>	66
<i>Lobellia.</i>	70
<i>Magnesia.</i>	66
<i>Malva.</i>	64
<i>Mandragora.</i>	55
<i>Manna.</i>	84
<i>Marrubium.</i>	92
<i>Marum.</i>	36, 100
<i>Mars.</i>	41, 99
<i>Melissa.</i>	36
<i>Mentha.</i>	37
<i>Mercurius vivus.</i>	72

	107
<i>Mercurius dulcis.</i>	73
..... <i>gummosus.</i>	ibid.
..... <i>sublimatus corrosivus.</i>	74
<i>Millae pedes.</i>	97
<i>Mirra.</i>	99
<i>Moschus.</i>	49
<i>Nasturtium.</i>	67
<i>Nigella silvestris.</i>	100
<i>Nitrum.</i>	61
<i>Olea.</i>	64
<i>Ononis.</i>	67
<i>Opium.</i>	46, 55, 70.
<i>Oxygenum.</i>	48, 71
<i>Papaver erraticus.</i>	90
<i>Peruvianus cortex.</i>	37, 99
<i>Petroselinum.</i>	66
<i>Piretrum.</i>	101
<i>Polygala amara.</i>	93
<i>Pulpa cassiae.</i>	85
..... <i>tamarindorum.</i>	ibid.
<i>Punica.</i>	25
<i>Quassiae lignum.</i>	38
<i>Raphanus.</i>	67
<i>Rhabarbarum.</i>	86
<i>Rubia.</i>	67
<i>Ruscus.</i>	ibid.
<i>Sal catharticus amarus.</i>	85
<i>Salvia.</i>	39
<i>Sambucus.</i>	66
<i>Sarsaparrilla.</i>	71, 90
<i>Sassafras.</i>	ibid.

<i>Scilla.</i>	92, 96
<i>Scordium.</i>	39
<i>Serpentaria.</i>	40
<i>Simarruba.</i>	ibid.
<i>Solanum.</i>	57
<i>Sonchus.</i>	66
<i>Spiritus vinosi.</i>	46
..... <i>nitri dulcis.</i>	62
..... <i>salis dulcis.</i>	ibid.
<i>Stramonium.</i>	57
<i>Succinum.</i>	49
<i>Sulphur auratum antimonii.</i>	67
<i>Tabacum.</i>	57, 100
<i>Taraxacum.</i>	66
<i>Tartarus emeticus.</i>	67, 82
..... <i>tartarizatus.</i>	61
<i>Terra foliata tartari.</i>	62
<i>Tormentilla.</i>	26
<i>Trifolium paludosum.</i>	40
<i>Tusilago.</i>	92
<i>Valeriana.</i>	41
<i>Verbascum.</i>	64
<i>Vinum.</i>	46
..... <i>emeticum.</i>	67, 82
<i>Vitriolum.</i>	28
<i>Vnguentum Neapolitanum.</i>	74
<i>Vva ursi.</i>	26
<i>Zincum.</i>	42

INDEX FORMVLARVM.

<i>Aqua aluminosa.</i>	29
<i>Bolus antidysentericus.</i>	14
<i>Clyster abum exonerans.</i>	16
<i>Collyrium adstringens.</i>	17
<i>Decoctum roborans.</i>	10, 43
..... <i>adstringens.</i>	29
..... <i>astragali.</i>	75
..... <i>dalcamaræ.</i>	94
..... <i>emolliens.</i>	64
..... <i>lichenis islandici.</i>	95
..... <i>polygalæ.</i>	ibid.
<i>Decocto-infusum purgans.</i>	10
<i>Electuarium antielminticum.</i>	7
..... <i>antipyreticum.</i>	14
<i>Emplastrum vesicatorium.</i>	79
<i>Emulum amigdalorum.</i>	11
..... <i>camphoratum.</i>	13
..... <i>opiatum.</i>	ibid.
<i>Emulsio arabica.</i>	65
<i>Epithema resolvens.</i>	18
<i>Fomentum anodinum.</i>	ibid.
<i>Gargarisma humectans.</i>	16
<i>Haustus anodinus.</i>	13
..... <i>cardiacus.</i>	50
..... <i>narcoticus.</i>	58
<i>Infusum emeticum.</i>	9
..... <i>cinerum genistæ.</i>	98
..... <i>diaphoreticum.</i>	10, 91

<i>Infusum roborans.</i>	43
<i>Iniectio adstringens.</i>	16
<i>Iulapium excitans.</i>	50
..... <i>anodinum.</i>	58
..... <i>cardiacum.</i>	13
..... <i>emeticum.</i>	83
<i>Linimentum excitans.</i>	18
<i>Liquor SWIETENII.</i>	75
<i>Looch pro tussi.</i>	15
<i>Mixtura refrigerans.</i>	12, 62
..... <i>anacathartica.</i>	94
..... <i>concentrata excitans.</i>	13
..... <i>foetida.</i>	50
..... <i>moschato-opiata.</i>	ibid.
..... <i>roborans.</i>	43
..... <i>scillitica.</i>	98
<i>Pessi adstringentes.</i>	17
<i>Pillulae roborantes.</i>	14
..... <i>purgantes.</i>	5
..... <i>antivenerae cum cicuta.</i>	75
..... <i>opiato-mercuriales.</i>	ibid.
<i>Potus communis refrigerans.</i>	62
<i>Ptisana simplex.</i>	11
<i>Pulvis purgans rhabarb.</i>	7, 88
..... <i>FRANK.</i>	88
..... <i>Aloeticus.</i>	ibid.
..... <i>Aloeticus emmenagogus.</i>	100
..... <i>emeticus.</i>	7
..... <i>ipecacuanhae.</i>	82
..... <i>ipecac. cum tart. emet.</i>	8, 83
..... <i>DOWERI.</i>	91

<i>Pulvis expectorans.</i>	94
..... <i>stypticus.</i>	29
..... <i>antispasticus.</i>	43
..... <i>temperans.</i>	62
..... <i>diureticus.</i>	15
..... <i>antielminticus.</i>	77
..... <i>emmenagogus.</i>	99
<i>Solutio purgans salina.</i>	7, 86
..... <i>tamarindorum.</i>	7, 85
..... <i>emetica.</i>	8, 83
..... <i>emetocathartica.</i>	89
<i>Suppositorium album exonerans.</i>	17
<i>Vesicatoria BOERHAAVII.</i>	78, 79
<i>Vinum scilliticum.</i>	98

Pap. 4. lin. 21. exsequendam, *lege* exequendam.

Vbi invenies quattuor, *lege* quatuor.

Pag. 18. lin. 4. pannis, *lege* linceis.

Pag. 20. lin. 24. Symptomata, *lege* Symptomata.

Pag. 24. lin. 23. impulvere, *lege* in pulvere.

Pag. 33. lin. 4. WINTERANA, *lege* WINTERANIA.

Ibid. BROWNE, *lege* LINN.

Pag. 35. lin. 15. pro fluviis, *lege* profluviis.

Pag. 37. lin. 8. MENTA, *lege* MENTHA.

Pag. 39. lin. 23. pthisicum, *lege* pthysicum.

Pag. 40. lin. 17. Simarrouba, *lege* Simarruba.

Pag. 41. lin. 17. STOREK, *lege* STORCK.

Pag. 47. lin. 11. caussa, *lege* causa.

Pag. 49. lin. 23. Convenit, *lege* Conveniunt.

Pag. 51. lin. 12. Antispasmodica, *lege* Antispasmodica.

Pag. 72. lin. 16. rubedide, *lege* rubedine.

Pag. 80. lin. 15. vite, *lege* vitae

Pag. 83. lin. 12. Solutio, *lege* Solutio.

Reliqua ipse B. L. emendabit.

DISCURSO

SOBRE LA ACCION DE LOS MEDICAMENTOS

EN EL CUERPO HUMANO

Y EN OTRAS CLASES DE ANIMALES.

POR EL C. BRUGNATELLI.

TRADUCIDO DEL ITALIANO

POR DON ANTONIO DE LA CRUZ,
primer Ayudante de Farmacia de los Reales Exércitos,
con destino al Laboratorio Castrense de Medicinas,
Boticario segundo del Hospital General, é In-
dividuo honorario del Colegio de Boticarios
de Madrid.



CON LICENCIA:

MADRID: EN LA IMPRENTA DE GONZÁLEZ.